

appellant. Thermas autem aquas calidas esse, nemo est qui ignorat. Montem autem hunc maxime illustrem reddidit Lacedæmoniorum cum Mardonio pugna, & Leonidæ regis interitus: de quo vide Herodot. lib. 7.

Theromæcius, θερόμαχος, proprium nomen statuarii egregii, qui centesima septima Olympiade floruit, teste Plin. lib. 34. cap. 8.

Theron, θέρων, Agrigentinorum tyrannus in Sicilia, qui & Tellum Himeræ tyrranide dejecit, & unâ cum Gelone Amilcarem Pœnorum ducem prælio superavit eodem die, quo Græci ad Salaminem Persas profligarunt. Vide Herodot. lib. 7. ¶ Est item Theron, Latini cujusdam nomen ab Aenea occisi, apud Virg. 10. Aeneid.

stravitque Latinos,  
Occiso Theronem, virum qui maximus ultra  
Aeneam petivit.

Thersander, five Thersandros, θερσανδρός, Polynicis filius fuit ex Argia, teste, Statio, qui unâ cum ceteris Græcorum principibus ad Troiam navigavit, Hunc Virg. lib. 2. Aeneid. inter eos numerat, qui tempore excidii Troiani in equo ligneo fuerunt occultati.

latique, inquit, se robore promunt.

Thersandrus, θερσανδρός, duces & dirus Ulysses. Fuit item hoc nomine tibicen nobilis, qui unâ cum Thimbrone Lacedæmoniorū duce subito Tiribazi adventu fuit oppressus. Autor Xenophon lib. 4. verum Græcarum.

Thersilochus, θερσιλόχος, Antenoris filius, in bello Troiano occisus, quem Virg. lib. 6. Aeneid. inter viros fortes numerat, qui etiam apud inferos arma tractent,

— quos ille omnes longo ordine cernens,  
Ingenuit, Glaucumque, Medontaque, Thersilochumque,  
Treas Antenoridas, Cererique sacrum Polybetem.

Thersites, θερσίτης, Græcorum omnium fœdissimus fuit, quem Achilles sibi procaciter convitantem pugni ista interfecit. Hujus insignis deformitas ab Hom. lib. 2. Iliad. graphicus expressa, effecit ut quum hominem vehementer feedum significare velimus, θερσίτης, id est, Thersites faciem cum habere dicamus. Juvenal. Satyr. 8.

Milo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis.

Aeneas similis. &c.

Thesaurochrysonochrysides, nomen proprium factum à Plaut. Capt. sc. 2. a. 2. vers. 35. Quod quidem componitur ex thesauro, chryso (id est auro) nice (id est victoria) & iterum Chryso. Quod si legamus, cum quibusdam, Thesaurochrysonochrysides aspirata leptonyma syllabâ, tum contextum esse dicemus ex thesauro, chryso, & onyche (id est, ungue) &c.

THESAVRVS, i. θεσαύρος. GAL. Thresor. ITAL. Tesoro. GERM. Einschätz. HISP. Tesoro escondido sin dueño. ANGL. A treasure, abundance of riches. ¶ Est ut Paulus Iureconsultus, de acquirendo rerum domi. l. nunquam, inquit tam vetus depositio pecuniae, ut ejus non extet memoria, & jam dominum non habeat. Sic enim sit ejus qui invenerit, quod non alterius sit. Alioqui si quis aliquid lucri causâ, vel metus, vel custodiae condidit sub terra, non est thesaurus, utpote cuius etiam furtum sit. Cicero 6. Philipp. Servus domini patrimonium circumplexus, quasi thesaurum draco. Idem de Divin. Respondit conjector thesaurum defossum esse sub lecto. Virg. 1. Aeneid.

veteres tellure recludit

Thesauros, ignotum argenti pondus & auri. Plant. Aulul. sc. 4. a. 1. Scit mihi esse thesaurum domi, Id inhiat. Idem Afin. sc. 3. a. 3. Auri thesaurum mihi credidit. Idem Pseud. sc. 1. a. 2. Siquidem supremi promptos thesauros Jovis. Idem Aul. prolog. Nusquam indicare voluit id filio suo, (thesaurum scilicet.) ¶ Accipitur tamen thesaurus pro quibusvis divitiis repositis. Cicer. in Epist. Non si Varro thesauros haberem, tantos sumptus sustinere possem. Suppeditare alicui aliquid de suis thesauris. Idem 2. de finib. ¶ Per translationem accipitur pro quadam quasi penu quatuorū renum repositarum. Quintil. lib. 2. cap. 7. Abundabunt autem copia verborum optimorum & compositione ac figuris jam nou quæstis, sed sponte, & ex reposito velut thesauro se offerentibus. Cicer. 1. de Orat. Thesaurus rerum omnium memoria. ¶ Nonnunquam & in malam partem accipitur: ut, Thesaurus stupri, thesaurus mali. Plaut. in Amph. Quem teneo thesaurum stupri. Idem Merc. Tu quidem thesaurum huc apportasti mali. Idem Pseud. sc. 4. a. 1. Is mihi thesaurus Jugis in nostra est domo. (sicut scilicet atque verberum.) Idem Afin. sc. 2. a. 2. De tergo ducentas plagas prægnantes dabo. L. In tergo thesaurum gerit. Idem Mostell. sc. 1. a. 4. vers. 8. Thesaurum inde parant, (sup. plagarum: ibi loquitur de servis fugitivis à domino reprehensis,) &c. ¶ Thesaurus carbones facti sunt, μάρμαρος ἀπόπειρας ἔνος, proverbio in eos dici consuevit, qui magnificis rebus expectatis, nihil nisi sumum reperiunt. ¶ Thesauri Gazæ antiquissimæ, Suet. in Neron. cap. 31.

Thesaurarius, a, um, ad thesaurum pertinens. θεσαυράρις. GAL. De thresor. ITAL. De tesoro. GERM. Des schatzes. HISP. De tesoro. ANGL. Of a treasure. ¶ ut, Thesaurarii fures, apud Plaut. in Aulul. sc. 6. a. 2. Confige sagittis fures thesaurarios.

Thesaurarius, thesauri custos, & curator. Gl. Cyril.

Thesaurizo, as. θεσαυρίζω. GAL. Thesaurizer. ITAL. Thesaurizare. GERM. Schätzensein schatz zusammen legen. HISP. Atesorar aquel tesoro. ANGL. To mak a treasure. ¶ Thesaurum colligo, repono. Quod verbum frequenter apud Ecclesiasticos scriptores occurrit, alioquin classicis linguis Latinæ autoribus non receptum.

Thesaurophylacium, θεσαυροφύλακιον, τρατium, θεσαυρῷ φύλακι. Thesælius, θεσαιος, Ægei regis Athenarum & Æthrae filius: qui dum esset adolescent, operâ Medæcæ noveræ penè veneno perit. Sed post mortem patris, ad regnum evectus, tam multa digna memoratu peregit, ut inter plures Hercules unus connumeretur. Debellavit Amazones, easimque reginam Hippolytem rapuit: ex qua Hippolytum genuit. Creonem regem Thebatum Argivos in bello caulos seperi, prohibente interfecit. Oppressit & terribilem taum in Atti-

ea, Minotaurum in labyrintho occidit, & Ariadnæ Phædrāmque Minois filias clām secum abduxit: sed relicta Ariadnæ in Chio insula, Phædram sibi conjugio copulavit. Scironem, Procrustem, & Cinim latrones Attice neci dedit: debellavit Centauros: Thebas domuit: Pirithoum præcipuā coluit amicitia, quo cum descendit ad inferos ad rapiendam Proserpinam: sed occiso Pirithoo, ipse aliquamdiu in vinculis Plutonis fuit detentus, doac ab Hercule, qui illum summā prosequebatur benevolentia, liberaretur. Postremō jam senior, tot tantisque rebus gestis, patria regnōque pulsus in insulam Scyrum navigavit, ubi periit, interemptus à Nicomedē, vñ (ut quidam volunt) ex loco edito post cœnam deambulando delapsus. Primus instituit Athenis Panathenæa, hoc est, communem celebritatem in honorem Minerwæ, quæ Græcæ θεᾶς nominatur. Idem in Isthmo funebres ludos instituit. Reliqua vide apud Plautarch.

THESÉVS, trium syllabarum. θεσές. Adjectivum, apud Propert. lib. 1. Eleg. 3.

Qualu Thesea jacuit cedente carina  
Languida desertis Gnoſia littoribus.

Ovid. 1. Trist. Eleg. 3.

O mihi Thesea peñora juncta fide.

Thesæis, idis, θεσαιδες, Poëmia Thesei gesta complectens. Juven. Sat. 1.  
Vexatus tortes rauci Theseide Codri.

Thesæides, θεσαιδες, Patronymicum masculinum: quo Poëtz utuntur pro Hippolyto Thesei filio. Ovid. Epist. 4.

Thesæides, Theseus usque duas rapuere sorores.

Thesæis, θεσαιδες. GAL. Question. argumenti. ITAL. Questione, argumento. GERM. Ein fürsaiß sagred. HISP. Question, argumento. ANGL. A general question or argument. ¶ Questio, five argumentum, quod nobis tractandum disputandum proponimus. Cicer. in Top. Propositum interpretatur. ¶ Propriè autem thesis (ut Rhetores utuſtūr) est quæſtio generalis & infinita, nullis personæ, loci, aut temporis circumstantiis limitata. In quo differt ab hypothesi, quod ea sit quæſtio definita, certisque personis, temporibus & locis propria. Ut si hoc modo proponamus, Sitne omnino ducenda uxor? thesis erit. Sin id de unoquopiam peculiariter quæramus, aut loci, temporis circstantiis restringamus, hoc modo, Sitne Catoni ducenda uxor Martia, eo tempore, quo omnia flagrant civili bello? jam dicenda erit hypothesis. Cic. de Orat. Orator à propriis personis & temporibus semper, si potest, evocat controversiam. Latus enim de genere, quam de parte disputare licet: ut quod in universo si probatum, id in parte sit probare necesse. Hæc igitur quæſtio à propriis personis ad universi generis rationem traducta appellatur thesis.

Thesmophoriæ, θεσμοφορια, Cereris sacra, quæ & Cerealia à Latinis, & initia dicuntur. Græci enim Cererem θεσμοφόρα appellat, quæsi legiferam, quo etiam epitheto nostri cam insignaverunt. Virg. 4. Aeneid.

magant leelas de more bidentes

Legifera Cereri.

Prima enim Ceres mortalibus leges dedisse putatur, propriez quod ex agrorum divisione primū nata credantur jura. Ovid. 5. Mitame.

Prima dedit leges: Ceres fuit omnia munus.

Thesmôthætæ, θεσμοθετæ, mechokekim. θεσμοθετæ. ¶ Magistratus apud Athenienses, à legum latione ita appellati: qui ætate & usu docti, domi jura dabant, querelas accusationesque cognosabant, déque controversiæ æquo examine decernebant, quotannis quoque leges recognoscabant emendabantque, & congruentiam sensuque conscientem reducebant, de his Plautarch. in Solon..

Thespia, θεσπια, oppidū liberum in Boeotia (ut Strabo inquit lib. 9.) Heliconi proximum, sed eo magis Australe, Crissæ imminens sinni. Thespia nobilitavit Praxitelis Cupido à Glycerio meretrice ibi consecratus. ¶ Hinc Thespia, θεσπια, dictæ sunt Musæ, seu Nymphæ Thespia incolentes. ¶ Sunt & aliae Thespia in Magnesia Thessalæ conterminæ, quarum meminit Plin. lib. 4. cap. 9.

Thespis, θεσπις. Primus poëta Tragicus fuit apud Athenienses. Horat. in Arte.

Ignotum Tragica genus invenisse Camæna.

Dicitur, & plaustris fixisse poëmata Thespis.

De eo Plutarch. in Solon. ¶ Thespis alter Atheniensis, sive Thespis Erichthei regis filius, è pluribus foeminis filias genuit quinquaginta. Cum quibus vocatus ad epulas Hercules sigillatim concubuit: suscepitque totidem liberos mares, quæ Thespia dicti sunt. Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniam profecti, civitates ibi plurimas extruxere. Autor. Diodor. lib. 5.

Thesprotia, θεσπρωτια, Regio Epiri Chaonia proxima, teste Plin. in Procœm. lib. 4. cuius incolæ dicuntur Thesperti. θεσπρωτοι Stephanus Lucan. lib. 3.

Thesperti, Dryopæsque ruunt.

Thessalæ, θεσσαλia. Regio Græcia, ex una parte Bœotiam, ex altera Macedoniam habens, ad mare inter Peneum amnem, & Thermopylas extensa, Prius Æmonia, αἴγαλα, ab Æmonæ rege, & Pelasgico Argos & Hellas iuxtas, & Dryopæ, θεσπρωτæ, dicebatur. In hac genitrix nomine Græcus, à quo Grecia: ibi natus est Hellen, à quo Hellenes. Homerus ejus incolas tribus nominibus appellat, Myrmidonas, Hellenas, & Achæas. Olim etiam Pyrrhæa dicta est, teste Strabon lib. 10. à Pyrrha Deucalionis uxore: cuius tempore (ut quid Aristoteles ingens imbrum illuvies majorem partem populoru Thessalæ absulpsit, paucis qui ad montium culmina sese repperant, conservatis. Inter quos Deucalion Parnassum petierat, ratibusque ad se confugientes per summa Parnassi juga benignè fovebat. Propter quod dictus est genus hominum reparasse. In Thessalæ moches vigintiquatuor, quorum nobilissimi Olympus, Pieria, parentes domusque Musarum, Pelion, & Ossa gigantium bello memotati. Idem Pindarus, & Othrys Lapitharum sedes. Flumina in ea (ut scribit Herodotus) sunt Apidanus, Enipeus, Onothonus, Pamisus, Peneus & Phoenix.

Thessalus, a, um, & Thessalicus, a, um, adjectivum. θεσσαλικός. Plaut. inmpb.

*Amph.* Ego illum ulciscar Thessalum venescum.  
THESSALONICA, θεσσαλονίκη. Vulgo Saloniki. Urbs clarissima Macedonia: ad sinum Thermaicum sita, non procul ab Echedori fluminis ostio: quæ primum à Cassandro condita dicitur, & Halia appellata. Thessalonica autem nomen à Philippo Amyntæ filio accepit, quum ille in ejus agro Thessalos ingenti clade profligasset.

Thessalonicenses, hujus urbis incolæ dicuntur, divi Pauli epistolâ notissimi. θεσσαλονίκης. Ex hac urbe ortum traxit Theodorus Gaza, vir superiori ætate utriusque lingua peritissimus.

Thestias, vide in sequenti dictione, *Thestius*.

THESTIUS, θεστιος, Parthaonis filius, & pater Toxei, & Plexippi, & Althææ matris Meleagri: à quo illi quidem Thestiæ, hæc autem Thestias appellatur. Ovid. 8. *Metam.*

— ne titulos intercipe fæmina nostros,

*Thestiæ clamant.*

¶ paulo post,

*Thestias haud aliter dubiis affectibus errat,*

Idem Eleg. 6. lib. 1. *Trist.*

Utque cremisse suum fertur sub stipite natum

*Thestias, & melior matre fuisse soror.*

Thestiaæ, θεστιæ, filiæ Thestij qui Erichthei, aut (ut alij volunt) Teuthrantis filius fuit, numero quinquaginta, ex diversis mulieribus natæ, ex quibus Hercules adhuc adolescens, sed jam tum corporis robore præstans, totidem liberos masculos sustulit, qui & ipsi ab avi nomine Thestiaæ dicti sunt. Hi post mortem patris cum Ilao illius ex Iphicleo fratre nepote, in Sardiniam profecti, multas in ea urbes considerunt. Autor Diodor. lib. 5.

Thestylis, θεστυλη, mulieris rusticæ nomen, apud Theocrit. & Virgil. 2. *Ecl.*

*Thestylis & rapido fessis messoribus astu*

*Allia, serpillumque herbas contundit olentes.*

Thestor, θεστορ, pater Calchantis peritissimi Græcorum auguris, qui à nomine patris Thestorides à Poëtis appellatur. Ovid. lib. 12. *Metam.*

— at veri providus augur

*Thestorides vincemus, ait, &c.*

Thetæ, θετη, nomen est literæ Græcæ, quæ apud nos valet th aspiratum. Hæc in Græcorum judiciis nota erat condemnationis, quemadmodum apud Latinos C. quod ea sit prima litera in dictione θάτω, quæ illis mortem significat. Huc allusit Pers. *Satyr.* 3.

*Et potis es vittio nigrum prafigere theta.*

Thetis, θετις, idis, θετη, Pelei Thessaliæ regis uxor, Nerei marini Dei filia, & Achillis mater: de cuius nuptiis extat elegantissimus Luciani dialogus. Alij, è quibus est Aristoteles, Thetidem quæ mater Achillis fuerit, aiunt Chironis Centauri filiam fuisse. Vide Staphylum lib. de rerum Thessalicarum &c. ¶ Accipitur nonnunquam pro mari: ut apud Virg. 4. *Ecl.* Tentare Thetin ratibus.

Theudæsia, θεδαισια. Emporium nobile fuit ad Bosphorum Thracium, ita dictum ab uxore Leuconis ejus regionis tyranni, qui primus hac in urbe emporium instituit, Atheniensibusque illinc frumentum evehentibus multas immunitates concessit: ut est videre apud Demothenem in oratione adversus Leptinem.

Theuropides, nomen senis Comici. Plaut. *Mosell.* sc. 2. a. 2. & 17. & *Theuropides, Hære salve, &c.*

Theusimarche, Plaut. *Mosell.* sc. ult. a. 5. Quod erat nomen nostræ matri? S. Theusimarche. M. Convenit. Quidam libri habent, Theusimarche, non aspiratæ, ultimæ.

Theutoni, vide *Tutones*.

Thia, θειæ, insula est in mari cretico, una Sporadum non procul ab Hierœ, quam sua primum ætate emersisse, autor est Plin. lib. 2. cap. 88. lib. 4. cap. 12.

Thiasitas, sodalitas. Festus.

Thiasus, θειος, cantus tripudiantium in honorem numinis: & nominatim Bacchi, à θεια.

Thimbrōn, θιμβρων, Lacedæmoniorum dux, qui adversus Persas in Asiam missus, subito Tiribazi adventu est oppressus unæ cum Thersandro citharcedo, cum quo cœnabat. Vide Xenoph. *rerum Græcarum* lib. 4.

Thingo. *Gloss.* Thingare, manumittere absolute vel donare.

Thiax, donatio.

Thinissa, θινισσα, vulgo Tunex. Oppidum Africæ propriæ dictæ, non procul ab Apollinis promontorio, non tamen idem cum Tunete, ut quidam male tradiderunt. Vide Ptol. lib. 4. cap. 3.

Thiodamæs, antis, θιοδαμης, pater Hylæ, quem Hercules Colchos navigans secum duxit. Propertius,

*Thiodamana proximus ardor Hyle.*

¶ Thiodamas alias filius fuit Melampodis. Stat. lib. 4. *Theb.*  
*Insignem fama, sanctoque Melampode cretum*  
*Thiodamanta volunt, &c.*

Thirida, fenesta. Gl. g. b.

Thisbe, es, θιση, puella fuit Babylonia, mutuo Pyrami vicini adolescentis amore capta: cuius miserabilem exitum vide supra in dictione *Pyramus*. Thisbeus, Adject. Ovid. 11. *Metam.*

*Quæ nunc Thisbeas agitat mutata columbas.*

Thisias, Siculus antiquissimus artium scriptor. Quint. lib. 3. cap. 1. Attium autem scriptores antiquissimi Corax & Thisias Siculi: quas insequuntur est vir ejusdem insulæ Gorgias Leontinus Empedoclis (ut traditur) discipulus.

Thiubda, furtum. in ll. antiq. {Angl. *theste* furtum. GERM. *Dieb* fur, f. à debedo, quia debito se obligat illegitimè.

Thius. Gl. A. L. Tius, avunculus. Scribe, *thius*.

Thladias, θλαδια, eunuchus factus, per θλασι, i. compressionem.

Thlaspi, sive Thlaspidion, sive Thlalpe, es, θλασπι, ή θλασπιδιος. Dioscorid. θλασπι Galen. Herba est, quam vulgus herbariorum nasturium testorum vocat. Dictum thlaspi θλασπι τος θλασπι, quod est contundere, sive constringere: cò quod semen lenticulæ sit simile, sed infractum. Est thlaspi alterum, quod nonnulli sinapi Persicum

appellant. Vide Plin. lib. 27. cap. 13.

Thlasias, æ, dicitur à Iureconsultis qui testiculos habet fractos & contusos, δέσις ἡ θλασια, id est contusione. Dicitur & Thladias. {ΤΗΛΑΣΠΙΟΝ μερόβαχ εσχεθ λύγον μαρυχ.}

Thlibias, æ. Item species spadonum est: & dicitur is, cui testiculi attriti sunt. δέσις ἡ θλιψια, id est, contritione. Theophil. §. sed & in *Institut. de adopt.* {ΤΗΛΙΒΙΑΝΟΝ χασθύλιον.}

Thöä, Thoæ, sive Thoës, θωη. Nympha marina, Tethyos & Oceanis filia, à natandi celeritate dicta. Hesiod. in *Theog.*

Μηλόσων πε Θοη πε, και ιεροδήνη Πολυδάρει.

THÖÄS, antis, θωη, fuit Rex in Taurica regione, ad quem delata est Iphigenia Agamemnonis filia, & ab eodem Diana Tauricæ sacrificia præfesta. Hunc postea occidit Orestes, à sorore adjutus, quum illum quoque Thoas Diana aræ destinasset: de quo Ovid. lib. 3. de *Ponto*,

Regna Thoas habuit Maotide clarus in ora:

Nec fuit Enxinis notior alter aquæ.

¶ Alter Rex Lemni fuit, Liberi patris filius, ex Ariadne Minoris filia & pater Hypsipiles solus filiaæ pietate servatus, quum ceteri omnes Lemniaæ mulieres viros suos & parentes trucidarent: ut est apud Ovid. lib. 7. *Metam.*

Tum primum sese trepidus sub nocte Thyoneus

Detexit, nato portans extrema Thoanti Subsidia, &c.

Idem in *Epift.*

En ego Minoo nata Thoante feror.

¶ A Thoas fiunt patronymica Thoantis, idos, & Thoantias: quæ Poëtis usurpantur pro Hypsipyle Thoantis filia.

Thomices, appellantur restes ex cannabis impolito & leviter contorti. Vid. infra *Tomice*.

Thös, is, θωη, lupi genus cæteris procerius, crurumque levitate dissimile, velox saltu, venatu vivens, innocuum homini, per hyemes hirtum, æstate nudum. Autor Plin. lib. 8. cap. 34.

Tholiüs, θωλη, propriæ erat umbilicus testudinis in templis, ex quo donaria suspenidi solebant. Virg. lib. 9.

— si qua ipse meis venantibus auxi,

Suspendive tholo, aut alia ad fastigia vexi.

Ovid. lib. 6. *Fast.*

Mox didici curvo nulla subesse tholo.

Idem lib. 6. *Fastor.*

Par facies templi: nullus procurvit in illo

Angulus, à pluvio vindicat imbre Tholus.

Thōn, onos, θωη, Fuit primus qui apud Ægyptios Medicinam in artem rededit: cujus meminit Homer. lib. 5. *Odyssea*. ¶ Alter, teste Hellanico, fuit Rex Canopi, ad quem quum Menelaus captiā jam Troiā in patriam renavigans, tempestate delatus esset, fuit primum ab illo, antequam is Helenam conspiceret, benignè susceptus: sed ut illam confexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo imperfectus est.

Thōnīa, θωνια, urbs est, & caput Gabaonitarum, distatque à Gaza nostri littoris Iudeæ oppido, mille quingenta, triginta septem millia passuum.

Thōnis, is, θωνις, Præfectus fuit Canopi sub Proteo rege Ægypti, quo tempore Alexander cum Helena vi tempestatis in Ægyptum apulsus est. Vide Herod. lib. 2. Hunc Hellanicus Thona appellat, regémque Canopi fuisse tradit. & Menelaum vi tempestatis eò delatum humanissime excepisse hospitio, donec conspecta Helenā, amore eius captus, quum Menelao insidias stuerere cœpisset, ab eodem est imperfectus. Fuit præterea Thonis urbis nomen in Ægypto, post Taphosridem, non procul à Zephyrio promontorio: cujus meminit Strabo lib. 2.

Thoön o geminato, θωη, fuit vir Trojanus ab Antilocho imperfectus. Homer. lib. 13. *Iliad.*

Thōs, θωση, Phorci filia, ex qua Polyphemum Neptunus genuit, Hom. lib. 1. *Odyssea*.

Thoothes, unus fuit ex præconibus Græcorum, teste Homer. lib. *Iliad.* 2.

Thoranius, mangi fuit, formam colorēmque hominum venalium adulterandi, componendique peritissimus. Suet. in *Ang.* cap. 69. Qui (amici) adulteras ætate virgines denudarent, atque perspicere tanquam Thoronio mangone vendente.

THORAX, acis. {ΤΗΡΑΝ θαζέ. θαζε. GAL. *Poitrine*. ITAL. *Petto*. GERM.

Die brust der oberleib vom halß an bis auf den bauch. HISP. *Hueco del cuerpo del hombre, pecho*. ANG. *The bulk or breast of a man.* } A Medicis, & rei anatomiae peritis dicitur pars corporis ab ipsis clavibus usque ad diaphragma, costis undique circumscripta, partesque vitales continens. Vnde quum apud Plinium Celsūm legimus medicamentum aliquod vitia pectoris purgare, intelligere debemus concavitatem illam, quæ intra septum pectoris continetur. ¶ Accipitum item pro quovis munimento pectus tegente, sive illud lanceum sit, sive ferreum, sive ex alia materia confectum. {ΤΗΡΑΝ σχιρόν. GAL. Halecret & autre armure de corps, corseler. ITAL. *Pettore*, giappones, giaco, corazza, corazzina. GERM. Ein brustharnisch/ krebs. brustlath. HISP. Las coraças, o el jubon. ANG. A breast plate, corseler all manner of armour of the bodie. } Virg. 10. *Aeneid.*

— Thoraca simul cum pectori rupit.

Idem 11. *Aeneid.*

— thoraca induitus ahenis

Horrebat squamis.

Plin. lib. 7. cap. 20. Nos quoque vidimus Athanatum nomine, prodigiose ostentationis quingenario thorace plumbeo indurum, cothurnisque quingentorum pondo calciatum per scenam ingredi. ¶ Lanceus thorax. Sueton. de August. cap. 82. Hycine quadratus cum pinguis tunica, & subucula, thorace lanceo, & femoralibus & tibialibus muniebatur.

Thoracæ, θορακη. {ΤΗΡΑΝ φορέα. GAL. Vetus d'un halecret, ou corseler. ITAL. Armato di corazza. GER. Der ein brustharnisch oder krebs anhatt. HISP. Armado de coraças. ANG. That wears to a breast place. } Qui thorace induitus est. Plin. lib. 35. Parthasius pinxit Navarchum thoracatum.

Thoracoma

Thotacōmachus, θωτακομάχος, qui thorace instructus pugnat. Vide Anonymum de reb. bellicis.

Thoracopētus, θωτακοπέτος, qui thoraces facit: loricarius.

Thōrāx, acis, θωράξ, mons est Libybus Hesperiis vicinus, Lethæo fluvio imminens, teste Strabone lib. 14. in quo dicunt crucifixum fuisse Daphitam grammaticum, propterea quod reges versibus incesseret, unde tractum est proverbiale ænigma, Cave à thorace, φύλασθε τὸ θώραξ: quo utimur quoties linguae petulantiam frænandam volumus significare, ne voces petulanter emissæ aliquando per jugulum redeant. Vide Etasmi proverbia.

THRĀCΙ, es, & Thracia, θράκη. Vulgo Romania, Europæ regio, Macedonie ad Occasum proxima, à Septentrione Istrum habens ab Oriente Pontum, à Meridie Ægeum mare. Olim Scyton, postea Thracia, à Thrace Martis filio, seu ab asperitate dicta: Græcè θράκη asperum dicitur. Est enim regio (ut Pomponius scribit) nec cælo, nec solo trastabilis: & nisi quæ mari propior est, infœcunda, frigidaque. Habet feros homines, aspero cultu. In ea sunt urbes celebriores Apollonia, Ænos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lysimachia, Callipolis. Amnes sunt Hebrus & Nestos: Montes Æmus, Rhodope, & Orbelos. Dicitur & Thracia, θράκη. Virg. lib. 12. Æneid.

— gemit ultima pulsus Thracia pedum.

Thräx, θράξ, gentile, Virg. 3. Æneid.

Terra procul vastu colitur Mavortia campū:

Thoraces arant.

¶ Thrax pro gladiatore. Suet. in Calig. cap. 54. & cap. 35. ibidem.

Thrassā, fœmininum, θρασσα, sive Threissa. θρισσα, Virg. 1. Æneid.

— qualu equos Threissa faciat Harpalice.

Thrācius, a. um, possessivum, θράκης. Virg. 5. Æneid.

— Quem Thoracius albis

Portat equus bicolor maculis.

Thraupalus, sambucus aquatica. H. P.

Thrēcius, a. um, θρεῖος. Virg. 5. Æneid.

Primus equum phaleris insignem victor habeto:

Alter Amazoniam pharetram, plenamque sagittis

Theicius, &c.

Thrāciās, θρακία Aristoteli, ventus media regione flans inter Septentrionem & Occasum solsticiale. { ITAL. Maistre tramontana. GERM. Der wind einer so zwischen Mittnacht und der Sonnen nidergang herordnet. } teste Plin. lib. 2. cap. 47.

Thrāscas, θρασα, Auguris nomen, qui in summa siccitate Busirim Ægypti tyrannum adiens, ostendit à superis posse exorari pluviam, si hostiles immolaret. Quarante deinde tyranno, quisnam & cuius esset, quem se peregrinum profiteretur, Tu igitur primus, inquit Tyrannus, Ægypto aquam dabis. Ovid. 3. de Arte,

Dicitur Ægyptus caruisse rigantibus arva

Imbris, atque annis siccæ fuisse novem,

Quum Thraseas Busirin adit, monstratque piari

Hospitiis effuso sanguine posse Iovem:

Illi Busiris, Fies Iovis hostia primus,

Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.

Hunc tamen nonnulli Thrasilum potius quam Thraseam malunt appellare. ¶ Thraseas item θρασα Suidæ Philosophus fuit Stoicus sub Nerone: à quo quum iussus esset mori, fléatum suorum magna constantia compescuit: porrectisq; alacriter ad incisionem brachiis, humoque sanguine aspersa. Hunc, inquit, sanguinem libcmus Iovi liberatori. Reliqua vide apud Tacit. lib. 10.

Thrasius, seu Thrasilus, Vir quidam fuit, qui quum ad exorandas à Iove pluvias Busirin docuisset hospites immolare, omnium primus mactatus est. Ovid. in Ibin.

¶ qui post longam sacri monstrator iniqui

Elicuit pluvias victimæ casus aquas.

Idem lib. 1. de arte amandi,

Dicitur Ægyptus caruisse revantibus arva

Imbris, atque annos siccæ fuisse novem:

Quum Thrasius Busirin adit, monstratque piari

Hospitiis effuso sanguine posse Iovem:

Illi Busiris, Fies Iovis hostia primus,

Inquit, & Ægypto tu dabis hospes aquam.

Thrāso, θράσος, nomen proprium glorioi militis apud Terentium in Eunucho. δὲ τὸ θράσος, hoc est, ab insolentia, & ferocitate impositum. ¶ Fuit & nobilis statuarius ejusdem nominis, cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 8. & Strab. lib. 14.

Thrāsumēnus, θρασυμένος. Vulgo Lago di pergia. { GER. Ein see in Italien heistjen Lago di Pergia. } Latus in agro Pertusino, Annibalis victoriâ, & Flaminij Consulis clade nobilitatus. De hoc Ovid. lib. 6. Fastor.

Sunt tibi Flaminij, Trasumenaque littera testes.

Dicitus à Thrasumeno puero, quem Ægylia nympha rapuisse dicitur. Thrāsybūlus, θρασύβουλος. Nobilis Atheniensis fuit, ingenti animi magnitudine, & amore in patriam singulati: qui ubi à triginta tyrannis in exilium actus esset, comparato exercitu non admodum magno, adjunctisque exilibus, sibi suisque redditum in patriam manu comparavit: lato prius plebiscito de injuriis ultrò citrōque oblitanis: quam Ægylia Græci appellant. Verebatur enim ne exules reducti, injuriam suam ulciscentes, civitatem civibus exaurient. Cæsus est ab Aspendiis, noctu ad tabernaculum ejus factum concursu, ob pecuniam acerbius imperatam. Vide Xenophon. rem verum Gracarum lib. 4. ¶ Fuit & alias Thrasibulus dux Milesiorum, qui ut portum Sicyoniorum occuparet, ex adversa parte urbem aggressus est: ad quam partem tuendam quum cives undique concurrent, interim ex inopinato classe potum occupavit.

Vide Front. Strab. lib. 2.

Calepini Parc. I I.

Thrāsyllos, θρασύλλος, Atheniensis fuit, rei militaris peritissimus, qui æquali cum Thrasibulo imperio classi præfetus, Mindarum Lædæmonium, Peloponnesiorum ducem apud Sestum Hellesponti urbem navalí prælio superavit. Autor Thucyd. lib. 8. Fuit & alius Thrasyllus insignis Mathematicus, cuius meminit Suet. in Tiber. cap. 14. & cap. 62. ibid.

Thrāsymachus, θρασύμαχος. Sophista fuit ex Chalcedone Bithyniæ, qui primus in oratione numeros, & artificiosam verborum compositionem traditur invenisse. Scripta ejus enumerat Suidas.

Thrāsymenus, vide Thrasymenus.

Thrālymēdēs, θραλυμέδης, fuit filius Nestoris: ut autor est Homer. lib. 9. Iliad.

Threna, vestes floridas, & variegatae. Rh.

Threnōdiā, θρηνόδια, cantus lugubris: quo genere primus omnium Simonides usus fuit apud Græcos.

Threnōdus, θρηνόδος, qui lugubria cantat, θρηνός κατάδε. Item, qui conductus plorat in funere.

Threnūs, θρηνός, ο, ο, lamentum, luctus.

Threni, lamentationes, liber Jeremias in quo deflet miserum desolata Iudeæ statum.

Threis, libertus: Item tertius. Gl. vet.

Threx, θρέξ, propriæ Thraciæ, qui è Thracia: deinde gladiator, quales Thraciæ esse solebant.

Thria, θρία, sive Thrio, θρίο, θρία, θρία Stephano, vicus est Atticæ, in tribu OEnide: à quo Thriasi populi, & campus Thrasius: cuius meminit & Plin. lib. 4. c. 7. & multis in locis Thucydides.

Thrion, thrium, jucundum edulium Atheniensium frondibus sicut neobvolutum. Turn.

Thrissa, piscis marinus. Rond.

Thrius, θριούς, oppidum Elidis, olim Achaicæ, Patris proximum: ita dictum à Thriunte quodam Athenensi, quem Theseus Herculi suppetias misit.

Thridacias, θριδαῖα, Mandragora foemina, à lactucatum similitudine, quas θριδαῖα vocant Græci, nomine imposito. Autor Dioscorid. lib. 4. cap. 17.

Thrips, θριψ, θριψ. Gal. Teigne, petit ver qui s'engendre dans le bois & le ronge. ITAL. Tarlo, tarma. GERM. Ein holzverwurm. HISP. El gusano que roe la madera. ANGL. A worm engendred in wood. Teredinis genus, lignum erodens, culici non dissimile. Autor Plin. lib. 16. cap. 41.

Thronium, θρόνος, oppidum est Locrorum Epicnemidiorum, ad Boagrium amnum, non procul à sinu Malico. Plin. lib. 4. cap. 7.

Thronūs, θρόνος, hiffé. θρόνος. GAL. Throsne, chaire. ITAL. Seggi, catedra. GER. Ein thron/ein herrlicher stuhl oder sitz. HISP. La sillón, θρόνος. ANGL. A throne. A nostris sedes, sive solium dicitur. Quamvis in Scripturis sacris throni quandoque non pro cathedris, sed pro virtutibus aliquibus cælestibus, in quibus Deus semper sedeat, quasi in quadriga sua ponatur.

Thryallis, θρυαλλίς. Genus herbæ, quæ alias Lychnitis dicitur, folia habens terrena aut quum plurima, quaterna, crassa, pinguiaque, ad lumenta lumina apta. Vide Plin. lib. 15. cap. 10.

Thryön, θρύον, Messeniæ oppidum, non ita procul ab Alpheo fluviot, cuius meminit Hom. in Catalogo navium, & Strabo lib. 8. & Plin. lib. 4. cap. 5.

Thucydides, θουκυδίδης, idis, & idat, θουκυδίδης. Historicus Atheniensis, Holori filius, nobili in primis genere, ut qui à Miltiade & Cimone ducibus ortum traheret, qui & ipsi genus suum ad Æacum Iovis filium referebant, uxorem duxit à Thracia oriundam, alioqui divitem: cuius opes adsecutus, non in voluptates, sed bonam earum partem in otium literarum erogavit. Nam bellum Peloponnesiacum scribere aggressus, codem, quo illud gerebatur, tempore, Atheniensibus pariter ac Lacedæmoniis, aliquot militibus qui bello interessent, mercedem præbebat, ut res quotidie veras sibi renuntiantur, quas fideliū se accepturum sperabat, si non solum ab amicis, sed etiam ab hostibus de iis edoceretur, ne partes quiske suas falso tueretur. Præceptores habuit in Philosophia, Anaxagoram, & in Rhetorica Antiphonem. Scripsisse autem putatur historiam in Ægina insula, quod in exilium se contulerat. Sepultus est in agro Attico juxta sepulchra Miltiadum, in loco qui Cœla appellatur. Quidam Athenis obiisse dicunt, expleto jam legitimo relegationis tempore. Alii in Thracia deceperisse volunt, ossaque ejus Athenas in majorum suorum sepulchra fuisse relata: ubi & cippus erectus fuit cum hac inscriptione:

Thucydides Holori jacet hoc Alimusus antro.

Hæc ferè ex Marcellino. Quintil. lib. 10. cap. 1. de Thucydide scribit, Thucydides ( inquit ) & Herodotus longè cæteris in historia præferendi, quorum diversa virtus laudem penè est parem consecuta. Densus & brevis, & semper instans sibi Thucydides: dulcis & candidus, & effusus Herodotus: ille concitatis, hic remissis affectibus: melior ille concionibus, hic sermonibus: ille vis, hic voluntate. Dionysius Halicarnasseus scribit Demosthenem adeò Thucydidis stylum probasse, ut ejus librum oīties sua manus descriperit, totumque ferè edidicerit. Cicer. in Brut. Thucydidem ( inquit ) imitamus. Optimè, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarum sincerus pronuntiatur & grandis etiam fuit: hoc forense concertatorium non trastavit genus. Orationes autem quas interposuit ( multæ enim sunt) eas ego laudare soleo, imitari neque possum, si velim: nec velim fortasse, si possim. Haec tenus Cicer. Fuerunt & alij ejusdem nominis, qui commemorantur à Marcellino. Unus Milesius Athenis inter principes viros ac duces habitus, amulus Pericles. Alius Pharsalicus Memnonis filius, cuius meminit Polemon in his, quæ de Acropoli scripsit. Tertius natione Achedrysius, cuius meminit Androtion in Attide, dicens eum filium fuisse Aristonis, qui fuit tempore Platonis Comici, & Agatonis Tragici, ac Nicerati versificatoris. Ex Marcellino.

Thucydidius, a. um, Adjectivum. Cicer. in Orat. Ecce autem aliqui se

Thucydidos profitentur, novum quoddam imperitorum & inauditum genus.  
Thūlē, εὐλή. Insula est in ditione Scotorum, in Septentrionem vergens, ultra Orcadas, latitudinem habens graduum LXXI. Quo sit ut circa aestivum solstitium quam brevissimæ ibi sint tenebrae, Sole ab illorum horizonte quam minimum recedente: quemadmodum contraria cœta solstitium hybernum nihil ferè aut quam minimum habent diei: Sole Tropicum Capricorni ab illis disjunctissimum perambulante. Hæc extrema fuit carum, quæ in Septentrionali Oceano Romanis fuerunt cognitæ: unde etiam à Virgilio ultima Thule appellatur 1. Georg.

Tibi (inquit) serviat ultima Thule.

Thunnus, (sic enim antiqui scribabant, qui nullam recipiebant literam peregrinam.) Vide Thynnus.

Thuria, θύρια, oppidum Messeniaci agri non procul à Pheris, ex celso in loco situm, uade & atra Veteres appellantur. Ab hoc opido propinquus sinus Thurianæ dicitur. Autor Strabo.

Thurianus, genus est piscis matini, quem alij xiphiam vocant. Plin. lib. 32. c. 11.

Thurium, θύραι, urbs magnæ Græciæ, olim nobilissima, ad sinum Tarentinum sita, inter Crathin & Sybarin amnes: à Thuria vicino fonte nomen habens. ¶ Hujus incolæ Thuriæ dicti sunt & Thuriæ, θύραι καὶ θύραι, Qui quum aliquandiu floruerint, à Lucanis in seruitutem traxi, & à Tarentinis infestati, tandem in Romanorum tutelam sese dedere sunt coacti: qui eò deductæ coloniæ, urbem eorum pro Thurio Copias appellantur. Hæc Strabo lib. 6.

Thurina regio, unde majores Augusti Cæsaris orti sunt, in cuius originis memoriam ipsi infanti cognomen Truring inditum est, ut auctor est Suet. in August. cap. 7.

THYS, uris. { λεβόντης. GAL. Encens. ITAL. Incenso. GERM. Weyrauch. HISP. El encienso. ANGL. Franken fence. } Lacrima est exigua arbusecula, uni terrarum Arabiæ concessæ, gratissimum in sacrificiis deorum sufficuum præbens: unde etiam nonnulli nomen accepisse existimant λέβον τὸ θύειν, quod est sacrificare. Alij Latinam vocem esse patant, à tundendo dictam: unde & citra aspirationem scribere malunt. Sed de hoc latius infra suo loco in verbo, Tui. Thus masculum, est id, quod recentiores thus mannam vocant, majores scil. & subrufæ thuris lacrimæ: reliquum thus pollen vocarunt.

Thurarius, qui thus parat & vendit.

Thurribulum, vas est rebus divinis agendis dicatum, ut docet M. Tullius Verrin. 6. & passim.

Thūscīa, Italizæ, regio, à Latio Tiberi, à Liguribus Macra fluvio divisa, quæ alio nomine Hetruria dicitur. θύρωντις. Dicta Thuscia (ut quidam existimant) λέβον τὸ θύειν quod est sacrificare, propterea quod Tyrrheni semper habiti fuerint religiosi, deorumque cultui & sacrificiis ad superstitionem usque dediti. Vulgo Toscana.

Thūscī dicti sunt regionis hujus incolæ, qui & Tyrrheni dicuntur, θύρωντις. Quidam citra aspirationem scribere malunt.

Thyslagæ, sive Thyssageræ. Vide Thyssageræ.

Thya, θύα, arbor odorifera, quæ notiore nomine cedrus, & ab Homero trogete dicitur, teste Plin. lib. 15. cap. 16.

Thyinus, a, um, ex thya factus.

Thyamis, θύμης, fluvius qui Thesprotidem, Cæstrinamque discriminat, teste Thucydide lib. 1. Meminit hujus fluvij Plin. lib. 4. c. 1.

Thyas, θύας, mænas, furore percita. à θύα cum impetu ruo.

Thyāsīs, θύασης, Saltatio, sive chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur: à verbo θύεσθαι, quod est Orgia celebrare. Virg. 5. Eclog.

Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho.

Thyātīra, θύατηρα, insula est maris Ionij, una Echinadum Aetolian adjacentium, teste Plin. lib. 4. c. 12. Unde Thyatireni: Sucton. in August. cap. 8. pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terræmotu afflatis, &c. ¶ Est item Ioniæ civitas in Asia ad Lycum fluvium, teste codem Plin. lib. 5. c. 9. Strab. lib. 13. Misæ attribuit, Stephanus Lydiæ.

Thybris, θύβρης, nomen unius ex comitibus Aeneæ. Virgil. Aeneid. lib. 10.

Affaracique duo, & senior cum Castore Thybris,  
Prima aries, &c.

Thyellæ, θύελλα, OEnotriæ urbs, in qua pars Phocensem concedit, ut ex Herodoti sententia refert Stephan. Homerus Thyellam quartam Harpyiam videtur appellasse: respiciens nimirum ad vocis proprietatem. quæ apud Græcos repentinam & sonoram significat procellam.

THYESTES, θύεστες, fuit filius Pelopis ex Hippodamia & Atrei frater, ac Tantali nepos, qui quum fratri, cui pessime cupiebat, aliter nocere non posset, uxorem ejus per adulterium polluit; Atreus vero ei filium epulandum apposuit. Obquam flagitia Sol, ne pollueretur, retro fugisse fertur. Thyestis fabula sic scribitur à Servio, Atreum & Thyestem germanos, quum dissensione sibi nocere non possent, in simulatam gratiam ferunt rediisse: quâ occasione Thyestes cum fratribus uxore concubuit; Atreus vero ei filium epulandum apposuit: quæ Sol abominatus, ne pollueretur, aufugit. Sed veritas hæc est, Atreum apud Mycenæ primum Solis eclipsim invenisse: cui invidens frater, ex urbe discessit eo tempore, quo ejus probata sunt dicta. Haec tenus Servius, enarrans illud Virg. lib. 1. Aeneid.

Nec tam aversus equos Tyria Sol jungit ab urbe.

Et rursus in illud 11. Aeneid.

Atrides Protei Menelaus adiósque columnas

Exultat, &c.

Thyestes, a, um, θύεστες, Ovid. 15. Metam.

Neve Thyestes cumulemus viscera mensis.

Thyiæ, θύαι, nomen filiæ Cephisi quæ prima Liberi patris initia fuit Orgiis, à qua thyiades, & thyiæ. Herodot. lib. 7. Ab hac urbs ejusdem nominis in qua colitur.

Thyia, θύαι, Bacchi sacrificulæ, quæ & Bacchæ & Mænades, & Bassarides dicuntur. Rationem autem hujus nominis quidam referunt ad Thyai quandam Cephisi filiam, quæ prima omniū Dionysio

initiata, Orgia ejus celebravit, Bacchicóque furore correptis nomen reliquit, ut ab ea Thyiades dicerentur. Alij hanc non Cephisi, sed Castalij cuiusdam indigenæ filiam fuisse volunt. Vide Cæl. Rhod. dig. lib. 16. cap. 19.

Thyisca, θύησκα, thuribulum, acerra: item mortariolum, à tunc suffio. Thyites, θύητες, genus est lapidis durissimi, ex quo mortaria fieri consueverunt: unde & à Plinio lapidis mortiariorum vocatur: & à Græcis θύητες: quibus θύητες mortarium est.

Thymallus, θύμαλλος, genus pisces pretiosi, de quo Ambros. lib. Hexaem. Neque te inhonoratum nostra persecutione thymalle dimittam, cui à flore nomen inolevit, seu Licini unda te fluminis, seu amoeni Athesis umbra nutrierit, flos es. Quid specie tua gratius? quid suavitate jucundius? quid odore fragrantius? Quod melia fragrant, hoc tu corpore tuo spiras.

Thymbæt, θύμβητος, Latini cuiusdam nomen à Pallante occisi, apud Virg. 10. Aeneid.

Nam tibi Thymbre caput Evandrum abstulit ensis.

Thymbræ, θύμβρα, { θύμβρα, Dioscor. GAL. Sarriette. ITAL. Santoreggia, herba. GERM. Sedene / oder saturey / gartermysop. HISP. Axedes yerva. ANGL. Saverie. } Herba est satis nota, quam Latini cunilam appellant, apibus gratissima: unde etiam scriptores rei rusticæ circa alvearia serendam præcipiunt. Virg. 4. Georg.

& graviter spirantis copia thymbra.

Dux autem sunt thymbræ species, sativa & agrestis: illa condimentis gravior, quæ & Satureia dicitur: hæc Medicinæ utilior, Samonicus cap. de splene.

Ac thymbra speciem quam commemorant cophalotes,

Prædixit spleni Deus Id posse mederi.

THYMBRA, θύμβρα, campus est Troadis, per quem Thymbrius fluvius in Scamandrum influit. Thymbræ autem nomen huic campo factum putat Servius à copia thymbræ herbæ, quam Romani cunilam vocant, cujus maximus hoc in campo est proventus. ¶ Fuit item Thymbra vetustum iis in locis oppidum, Dardani opus, cuius meminerunt Strab. lib. 13. & Plin. lib. 5. cap. 30. ¶ Item delubrum Appollinis, qui à loco cognominatus est Tymbræus, teste codem Strabon loco jam citato.

Thymbræis, θύμβραι, Apollinis cognomentum, sive à Tymbra Troadis campo, sive ab ejusdem nominis in urbe in qua colebatur, impositum. Virg. 3. Aeneid.

Da propriam Thymbræ domum.

Ubi Servius, Thymbræus Apollo dictus est à loco Troiæ vicino pleno thymbræ, in quo & nemus habuit templum, in quo à Paride occisus est Achilles. Ergo Thymbræus, ut Delius; nam numina à locis frequenter nomen accipiunt. Verum quia Græcæ θύεσθαι dicitur, in derivatione, & in diphthongum mutatur: ut, Aten. Aetna: Δίης, Diræus, Κούρη, Cretæus. Apollini Thymbræi templum Strabo ea in parte fuisse tradit, quâ Thymbrius fluvius in Scamandrum influit: quo in templo ferunt Achilles à Paride fuisse intereptum. Unde factus est locus fabulæ, ut Achilles Apollinis sagittis diceretur esse imperfectus.

Thymbrætæ, θύμβραι, oppidum Asie ad Pactolum fluvium, teste Xenophonte in Pedia.

Thymbræs, θύμβραι, fluvius est Troadis, per campum, cui nomen Tymbra, in Scamandrum influens, Autores Steph. & Strab. lib. 13. Thymbræ, θύμβραι, Cariæ vicus, iuxta antrum Charonium, quo in loco propter pestiferas exhalationes, inferorum fauces esse credebantur. Autor Strab. lib. 14.

THYMELÉ, θύμελη, migdál. θύμηλη. GAL. Chaire, pulpito. ITAL. Pergamo, pulpito, pergola. GERM. Ein hoher stil auff einer brüge auf welchem in den schauspielen das vndergesetz gehalten ward. HISP. Pulpito ò predicatorio. ANGL. A pulpit. } Pulpitum erat in orchestra altum pedes quinque, in quo chorus Tragediarum, & Comediarum, quoad Comediaz chorum habuerunt, ceterique personam non habentes, fabulæ subserviebant: histrionibusque in scenam abdisis, populum gesticulatione retinebant. ¶ Est præterea Thymele nomen notissimæ saltaticulæ: cujus gesticulatione Domitianus impensè fertur delectatus. Martial lib. 1.

Qua Thymelæ spectaculæ derisoriumque Latinum,

Illa fronte, precor, carmina nostra legas.

Vide de hoc plura in Annotationibus Vivis in Augustinum de civitate Dei.

Thymelicus, a, um, Apuleius Apolog. 1. Thymelicum Choragium, Thymelicæ, θύμελαι, dicuntur gesticulatores, qui in pulpito orchestra, quod thymelæ vocabant, fabulæ subserviebant, & histrionibus in scenam abdisis populum gesticulatione retinebant. Meminit Vitruvius, diversisque eos facit à scenicis. ¶ Thymelicæ sunt oīcō: θύμελη τὸ τιχεῖλον τοῦ διεκυρύποιο, inquit Suidas, id est, qui personati attem ostentant. Est enim θύμελη locus editior, ubi actores saltabant. Scenici enim dicebantur histriones qui in scena fabulam agebant: thymelicæ vero qui personam ex fabula non habentes, ante scenam in orchestra saltabant, & scenæ subserviebant.

Thymelæ, herba cathartica. H. P.

Thymamætis, θύματης. { תְּמַרְשָׁק ketoreth. θύμια. GAL. Encensement, parfum. ITAL. Profumo. GERM. Ein herlicher vnd lieblicher rauch. HISP. Sabamerio. ANGL. A sweet perfume. } Suffitus, vaporatio, suffumatum, θύμη. θύμητης quod est vaporare, suffire.

Thymatérium, Thuribulum, vel etiam locus, in quo suffitus solet adoleti.

Thymoëtæ, θύμοι, Priami filius fuit ex Arisbe (ut quidem volunt) cuius uxoris quem filium peperisset eodem die quo Hecuba Partem, asserentibus hariolis eo die natum esse puerum, cuius causa illum everteretur, iussit Priamus quemque interfici. Et Paris equidem matri astu clam traditus est educandus: Thymoëtæ autem puer est imperfectus. Cujus injuria ultiōne in multis annos dilata. Thymoëtæ, quum equi lignei dolum sentiret, commodum sibi vindictæ tempus oblatum ratus, primus autor fuit, ut in urbem reciperetur. Hæc ferè servius, enarrans locum Virgilij:

primus quo

— primisque Thymœtes

Duci intra muros horratur, & arce locari  
Sive dolo, seu jam Troia sic fara serebant.

THYMUS, vel Thymum. { θυμός. GAL. Du thym. ITAL. Timo herba.  
GERM. Welscher quendel/thymchen vnd immertraut. HISP. Tomillo yera.  
ANGL. Time herbe. } Frutex humilis, odoratus, apibusque  
gratissimus. Virg. 3. Eclog.

Dumque thymo pascuntur apes, dum rore cicada.

Horat. lib. 4. Carm. Od. 2.

ut apis Matina

Grata carpentis thyma per laborem.

Sunt autem thymi duo genera, album scilicet, & nigrum. ¶ Vnde Bi-thymum mel, quod ex utroque thymo collectum est. Plin. lib. 16. c. 6.  
¶ Thymus item, ut inquit Iulius Pollux, verruncula est, Ægyptiæ fabæ magnitudinis, scabra, & subrubens sanguine, cuius summa pars ( ut Celsus inquit ) florem thymi repræsentat, in genitalibus, sede, feminibus, palmis, & inferioribus pedum partibus nascentis. Vide Plin. lib. 11. cap. 10.

Thymites, { θυμίτες. GAL. Vin de thym. ITAL. Vino de tymo. GERM.  
Welsch quendelwein. HISP. Vino de timello. ANGL. Wine of time. } Vi-  
num thymo conditum: ea forma dictum, qua Absinthites, & Abro-  
tonites: de quo Col. lib. 12. cap. 36.

Thyminus, adjективum, quod ex thymo factum est. { θυμίνης. GAL.  
de thym. ITAL. Facto de tymo. GERM. Aus welschquendel gemacht.  
HISP. Hecho de tomillo. ANGL. Made of tyme. } Colum. lib. 6. c. 33. Cum  
melle Attico, vel si id non est, utique thymino celeriter levatur.

Thymosus, aliud adjekt. { θυμὸς οὐνάδης. GAL. Plein de thym. ITAL.  
Pieno di tymo. GER. Voll tymchen / oder welschenquendel. HISP.  
Lleno de tomillo. ANGL. Full of time. } Plin. lib. 11. cap. 15. Thymo-  
sum mel non coit.

Thyni, θυνοί, Thraciæ populi fuerunt ad Hebrum fluvium, quorum  
pars in Asiam transgressa, juxta Apolloniam & Salmydesum con-  
ditum tractum ab ipsis Thyniacum littus appellat Strabo lib. 12.  
Thynias, adis, θυνίας, Ponti Euxini insula, Bithyniæ adjacens, trium  
millium passuum ambitu, alio nomine Apollonia dicta. Author Pli.  
lib. 6. cap. 12.

THYNNUS, { παντανίνης. θύνης. GAL. Thon, ou thonnine. ITAL. Tonno.  
GER. Thunnus, ist ein meerfisch/vorrt eingesalzen/tonnenfisch. HISP. El  
Atun pescado conocido. ANGL. A tunnie fish. } Piscis marinus est  
notissimus, qui mense Maio copiosissime capit in fretu Gaditanu-  
no. Nam id temporis ex Oceano Atlantico in mare Mediterraneum  
irruptit, non parvo Gaditanorum questu, qui infinitam eorum  
multitudinem retibus extrahunt, cetariisque inferunt, saliuntque,  
membratimque dissecatos, & in eadis asseveratos, celebri mercimo-  
nio per omnem Europam diffundunt. Hæc ferè ex libello Pauli Iovi-  
vij de Romanorum piscibus.

Thynnūm, θυννός, Sacrum erat, quo pescatores Neptuno thynnū  
immolabant, spe impetranda ab illo felicitatis capturæ. Vide Cz-  
lum Rhodiginum lib. 5. cap. 6.

Thynos, θυνός, Cilicia oppidum, non procul à Pyramo fluvio, teste  
Plin. lib. 5. cap. 17.

Thynus, a, um, adjekt. ut. Merce thyna beatus. Horat. 5. Carm. Ode 7.  
Hoc est Bithyna, inquit Acron.

Thyomata, unguenta ex aromaticis. Rh.

Thyoneūs, trium syllabarum, θυνίας, cognomen Bacchi, quod à θύνη, id  
est. sacrifico, quidam deductum putant, quod illi adhuc inter hu-  
manos versanti sacrificaretur. Quanquam non desunt, qui id cogno-  
minis eum à matre sua Semele accepisse velint, quæ alio nomine di-  
cta est Thyone, θυνία, Ovid. 5. Metam.

Additus his Nysæus inde tonsaque Thyoneus.

Thyphsis, θύφης, ustio, incensio.  
Thyrea, sive Thyre, per contractionem, θυρα, ή θύρη, oppidum est in  
confinio Lacedæmoniorum, & Argivorum: cuius causa aliquando  
gravia bella inter illos emeruerat. ¶ Hujus incolæ dicuntur Thy-  
reates, θυριτæ Stephano. Est item Thyrea insula ante Peloponnesum  
è regione Hermiones, non procul à Træzene: cuius meminit  
Herodot. lib. 3.

Thyricos, θυρικός, populus in Attica regione, ex Acamanteide tribu.  
Aut or Strabo.

Thyrophoria, festum, in quo gestantes thyros templum ingredieban-  
tur. Stuck.

Thyrsagætæ, Populi sunt Scythiæ ultra Sauromatas, ex venatione vi-  
ctitantes. Mela lib. 1. Thyrsagætæ, Turcæque vastas sylvas occu-  
pant, alunturque venando. Hi à Plinio Thussagætæ appellantur, à  
Scabone, Ptolemaeo, & Stephano θυραγέται. Quo sit, ut suspect  
apud Melam & literam librariorum culpâ irreplisse.

Thyrsis, θύρσις, nomen est pastoris proprium, apud Virg. 7. Eclog.

THYRSUS, { θύρσος. GAL. La tige ou verge de quelque herbe que ce soit.

ITAL. torso, ή τρονκό. GERM. Ein aufrechter Krautstengel. HISP. El-  
ramo ή τρονχο de berca. ANGL. The stalk or stemme of an herbe. } Pro-  
priè dicitur illud in herbis, quod virgula in modum, vel teli re-  
stitutinæ consurgit. Plin. lib. 19. cap. 8. Inventum omnes thyros  
vel folia lactucarum prorogare urceis conditos, ac recentes in pa-  
tinis coquere. Idem, Folia lactucæ tosta, thyrsusque ex aceto bibun-  
tur. Sueton. in Aug. cap. 77. pro potione sumebat, vel lactucæ thy-  
rus, vel, &c. ¶ Lucr. accipit thyrsus pro furore, ardore, sti-  
mulo, vel instinctu, quum ait,

Pervulit thyro laudis spes magna meum cor.

Item Ovid. 3. Fastor.

Fæmineos thyro concitat ille choros, ( nempe Liber, sive Bac-  
chus. )

Idem Eleg. 1. lib. 4. Tript.

Sic ubi mota calent sacra mea pectora thyro, &c.

Translatio est à Bacchi thyrsis, quorum tractu fanatici & perciti  
furore reddi homines censemiantur. Ovid. in Fast.

Ut quas pampinea tetigisse bicorniger hasta

Creditur, huc illuc quæ furor agit, &c.

Calepini Pars I I.

¶ Est verò thyrsus hasta aculeata, hedera obiecta, quam in Orguis  
Bacchæ quaticebant. Tacit. Messalina trice fluxo thyrsus quatiens.  
Scribit Diodorus, Dionysium in exercitu habuisse mulieres thyrsis  
armatas. Et Macrobius ait. Liberum patrem tenere thyrsus, quod est  
latens telum, cuius macro hedera lambente protegitur.

Thyrsiger, dictus est Bacchus, θυροφόρος. Seneca in Medea,

Candida Thyrsigeri protes.

Thysani, Schismata, seu scissura. Rh.

Thysagætæ, vide Thyrsagætæ.

Thysus, θυσός, oppidum est in finibus Macedoniæ, ad radicem mon-  
tis Atho: cuius meminit Plin. lib. 4. cap. 10. & Herodotus lib. 7.

T I

Tiaræ, generis fœm. & Tiaras, mascul. { תְּאִירָה מִתְּאִירָה  
mighbahâh. nág, κωνῖα. GAL. Ornament de teste des femmes de  
Perse, duquel ont usé puis après les Rois & Pontifes. ITAL. Ornamen-  
to di donne Persiane, usato poi di Re & principi, mitra, capello, mazzo-  
chio. GERM. Ein haupgeziedet der weiber in Persia / vorst genommen füt  
ein Königs hut oder Bischoff eyffel. HISP. Mitra, corona, capello, o som-  
brero. ANGL. A kind of ornament worn on the romons heades in Per-  
sia. } Ornamentum capitis Persicatum prius mulierum, quo postea  
uti sunt reges, & sacerdotes. Iuven. Satyr. 6.

& Phrygia vestitur bucca tiara.

Virg. per usurpationem dixit,

Sceptramque Sacréque tiarat.

Suet. in Ner. cap. 13. Dein (Armeniæ regi) precanti, tiara deducta,  
diadema imposuit, &c. Alioqui enim Tiaræ dicimus, teste Servio.  
Hier. ad Fabiolam, Quartum est genus vestimenti rotundum pileo-  
lum, quasi sphæra media sit divisa, & pars altera ponatur in capite,  
hoc Græci & nostri nágav, nonnulli galerum vocant. Non habet  
acumen in summo, nec totum usque ad cornas tegit, sed tertiam par-  
tem à fronte inopertam relinquit, atque ita in occipito vittâ con-  
strictum est, ut non facile labatur ex capite.

Tiare, es, nágæn oppidum Teuthranizæ, quæ est regio Afis supra Eoli-  
dem, & partem Troadis. Autor Plin. lib. 5. cap. 30.

Tiates, portatores signorum. lege, Triarij. Cerda.

Tiatira, vide Thyatira.

Tibärēnī, θυρηνοί, populi Chalybibus contigui, teste Pomponio lib.  
3. in risu & lusu summum constituentes bonum: tenacissimi in-  
terim justitiae, qui nisi ante denuntiato die, hostem non adoriantur.  
De his memoria prodidit Nymphodorus. Muliere partu soluta,  
virum in lectulo decumbere, & tanquam partus autorem ab  
uxore puerpera curari. Quod & ipsum confirmat Valer. Flacc. Ar-  
gon. lib. 5. his versibus,

Inde Genesai templum Ioris, hinc Tibarenium  
Dant virides post terga lacus, ubi deside mitra,  
Fœtigat, partaque virum fover ipsa soluta.

Vide Tabareni.

Tiberias, θυρηνή, urbs Iudeæ; ad lacum Genesaritidem, ab Herodé  
condita, & in gratiam Tiberij Cæsaris ita appellata.

Tiberiopolis, M. sub P. Constantinopolitano.

Tiberius, θυρηνός. Liviæ Augustæ filius, & privignus Augusti, ejus-  
démque in imperio successor, omni avaritiae, libidinis, & crudelitatis  
generè contaminatissimus. Vitam ejus vide apud Suet. eadem pro-  
fus libertate descriptam, quâ ille vixit. ¶ Fuit & Sophista ejusdem  
nominis, cuius scripta enumerantur à Suidâ.

Tibercius, a, um, adjekt. θυρηνός, Stat. 3. Sylv. 14.

Tibereia primum

Aula tibi, vix dum ora nova mutante juventus

Panditur.

TIBERIS, is, qui & Thybris, θυρηνή, Dionysio, θυρηνή ή θυρηνή Steph.  
Vulgò Tevere, GAL. Tybre. Celeberrimus Italiæ fluvius è media ferè  
longitudine Apennini, Aretinorum finibus defluens, qui multis de-  
inde fluminibus auctus, ab Hetturia Latium, Ianiculumque ipsum ab  
urbe Roma ditimit, tandemque decimoquinto ab urbe lapide duo-  
bus ostiis modico intervallo diremptis, in mare evolvitur, ea in par-  
te quâ Ancus Martius Ostiam extruxit. De ratione nominis diversa  
diversa prodiderunt, adeò ut non facile fuerit certi aliquid consti-  
tuere. Livius à Tiberino Albanorum rege dictum existimat, in tra-  
jectu ejus submerso, quum anteā Albula diceretur. In qua sententia  
Ovid. quoque fuisse videtur, sic scribens lib. 1. Fast.

Albula quem Tiberim mersus Tiberinus in undis

Reddidit, hibernis forte tumebat aquis.

¶ Tiberis inundatio ominosa. Vide Suet. in Othon. c. 8. Servius, Ti-  
beris nomen ipsa etiam Alba vetustius esse contendit: ideoque no-  
minis ejus originem ad Thybrin potius Hetruscorum regem refe-  
rendam existimat, qui latum crebris latrociniis infestans, tandem  
circa hunc fluvium est occisus. Cui sententia Virg. quoque non ob-  
scure subscript: apud quem sic loquitur Evander, lib. 8. Eneid.

Tum reges, asperque immanni corpore Thybrum,

A quo post Itali fluvium cognoscere Thybrim

Diximus.

Alij non tam à regis hujus nomine, quam ab injuriis, & contumeliis  
quibus in obvium quemque circa hunc fluvium grassabatur, appelle-  
rationem hanc tractam existmant, unde Thybrim scribendum con-  
tendunt, quasi θυρηνή, ut dictiōnem conflatam intelligamus ex  
articulo feminino, & nomine θυρηνή, quam scripturam etiam apud  
Dionysium Afrum observavimus. Nos Thybridis nomen antiquius  
esse putamus. Tiberis recentius, literis aliquot (ut solet) temporis la-  
psu immutatis. Quo sit, ut illud Poëtis, hoc Oratoribus sit usitatus.  
Stephanus quoque in urbium onomastico utrumq. nomen agnoscat,  
nil quod illud θυρηνή legatur, in literâ communâ Græcorum con-  
suetudine adjektâ, θυρηνή ( inquit ) τομῆς εἴησι, ή θυρηνή. Hisce  
rationibus, in eam potissimum sententiam adducor, ut Thybris dis-  
syllabum, th aspirato & y Græco scribendum putem: trisyllabum au-  
tem Tiberis t, tenui, & i nostro. Quam scripture rationem etiam à  
Græcis videmus observari apud quos θυρηνή, θυρηνή, θυρηνή, θυ-  
ρηνή, & cætera omnia hinc derivata per iota scribi videmus.

222 Tibérinus,

Tibetinus, a possessorum est, & Stephano; ut, Ostia Tiberina, apud Virg. 2. Aeneid. Tiberina flumina, apud eundem lib. 2.

Tibetinus, i. rōspis. Capeti filius & Albanorum rex, qui in flumine submersus, effecit ut pro Albula Tiberis diceretur. Liv. lib. 1. ab Urbe, Latino Alba ortus, Alba Atys, Aty Capys, Capy Capetus, Capeto Tiberinus, qui in trajectu Albulae submersus, celebre ad posteros nomen flumini dedit. Tiberinus item à superstitione antiquitate creditus est Deus esse, Tiberis fluvij p̄ses, cuius monitu Aeneas, Evandri sibi auxilia ascivit: de quo sic scribit Virg. lib. 8. Aeneid.

Huic Deus ipse loci fluvio Tiberinus ameno,  
Populeas inter senior se attollere frondes  
Visus, eum tenuis glauco velabat amictu.  
Carbasus, & crines umbrosa tegebat arundo.

Quin & fluvius ipse in sacris dictus est Tiberinus, teste Servio, quemadmodum in οὐρανοῖς Tiberis, & in Poësi Thybris.

Tibi, tertius casus pronominis Tu, variè usurpatum ab auctoribus.

Plaut. Men. sc. 4. a. 2. & sc. 3. a. 4. Heus, mulier tibi dico. Idem Mil. sc. 5. a. 2. Tibi dico, Heus Philocomasium. Idem Cure. sc. 2. a. 4. Heus tu, Tibi ego dico. Idem in Pseud. sc. 2. a. 1. Tibi ego loquor Phoenicum. Et Men. sc. 2. a. 1. Quid tibi mecum est rei. Et sc. 4. a. 2. ibid. Quid mecum tibi est, aut fuit negotijs &c. ¶ Tibi pro in te, contra te, in tuam perniciem, in tuum exitium, ruinam, &c. nonnunquam invenitur. Plaut. Amph. sc. 3. a. 2. Quid tibi deliqui, si cui nupta sum, tecum fui (pro in te.) Et Men. sc. 2. a. 5. Quid ego tibi feci? (i. quid in te deliqui.) Idem Mil. sc. 2. a. 2. Viden' hostes tibi adesse? (id est in tuum exitium.) Ibid. sc. 6. a. 2 Nisi tibi supplicium stimuleum datut. (i. in tuam perniciem.) Idem Mostell. sc. 2. a. 2. Iste qui tibi hasce aedes vendidit, (id est tuo malo & damno.) Sic & Matr. epigr. 43. lib. 3. Tibi, dixit, pro in te, tuumque malum, &c. ¶ Pro in tuum usum sive utilitatem, in tuam gratiam. Plaut. Cure. sc. 2. a. 1. Meliorum (sup. interpretē somniorum) quam ego sum, suppono tibi. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Tibi me exorno ut placeam. ¶ Pro in te, sexto casu. Plaut. As. sc. 1. a. 3. Omnis familiæ caussa consistit tibi. Item pro à te, Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist. Cāmque alij tibi sint caussa graviore fugati. & Eleg. 4. lib. 5. ibid.

Nec patria est habitata tibi.

¶ Tibi interdum vacat. Plaut. Men. sc. 4. a. 5. Ita illum magna cura curabo tibi, &c. ¶ Aliquando minantis. Idem Aul. sc. 1. a. 1. At scīn' quomodo tibi res se haber? ¶ Interdum ferientis: Hem tibi. Vide Hem. Item, dicimus. Quid tibi est: subintelligentes genitivum, morbi, mali, rei, negotijs, &c.

TIBIA, proprie est os crucis, oppositum suræ. § פָּלַבְּ שֹׁבֵךְ. κρύπη. GAL. Iambæ, l'os de la jambe. ITAL. Gamba. GERM. Das schinbeyn. HISP. Espinilla ò canilla de la pierna. ANG. A shin, the shinbone. § Celsius lib. 8. cap. 1. Ipsius autem crus est ex ossibus duobus, &c. Verum alterum os ab exteriore parte, &c. alterum à priore parte positum, cui tibiae nomen est longius, & in superiori parte plenius. solum cum femoris inferiore parte committitur, sicut cum humero cubitus. ¶ Tibia item vocatur instrumentum musicum oblongum, tere, & foraminosum, quod inflatum, & digitis modò adductis, modò reducatis temperatum, non injucundam reddit symphoniam. § תִּבְּלָעָה. GAL. Une flûte, ou flajollet. ITAL. Flauto. GER. Ein schroedel pfeiffen. HISP. Flauta. ANG. A flute. § Has primum ex gruum tibialis confectas existimant, & inde nomen accepisse. Horat. de Arte.

Tibia non est nunc orichalco vincta, tuba que  
Æmula, sed tenuis, simplèxque foramine paucis.

Ovid. 5. Trist. Eleg. 1.

Tibia funeribus convenit ista meis.

Cic. 1. Tusc. Non intelligo quid metuas, quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Virg. 8. Eclog.

Incipe Menalios mecum mæn tibia versus.

Cic. de clar. Orat. Si tibia inflata non referant sonum, abhiciendas eas sibi tibicen putet. Quintilian. Apertis, ut aiunt, tibiis. ¶ Tibiis canere cur desitum Athenis, docet Gell. c. 17. lib. 5. ¶ Tibiarum & Tibicinum usum fuisse in sacris ludis, & funeribus: vide Ovid. 5. Fast. ¶ Tibia & fistula differunt. Plin. lib. 16. c. 36. Calamus vero aliis totus concavus quem syringiam vocant, utilissimus fistulis, quoniam nihil est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius est continuo foramine pervius, quem autelicon vocant. Hic tibiis utilior, fistulis ille. ¶ Hic Tibia apud Nonium capit. 3. Quæro meas lubidines ad Tibias Bilinguos.

Tibiālā, iūm, Velamenta tibiarum. § בְּנֵי מִיכְּנֵסָיִם. περικυμίδες. GAL. Iambieres, bas de jambes, armures de jambes, cuissars, chausses. ITAL. Calze. GERM. Strumpff an hosen / stoffeln oder dergleichen das man an die schinbeyn legt. HISP. Armadura de aquella parte, medianas calces. ANG. Hazes or neather stockings. § Sueton. de Aug. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace lanceo, & feminalibus & tibialibus muniebatur. ¶ Tibialia pro octenis, quibus tibiae militum muniuntur. Paulus Iureconsultus, Si tibiale, vel humerale miles alienavit, castigari verberibus debet.

Tibialis, e, quod est idoneum ad tibias facientes. § אַלְמָנָגֶט. GAL. Appartenant à flûte. ITAL. Pertinente à flauto. GER. Aus dem gut schwoegel ioder pfeiffen zumachen ist. HISP. Perteneiente à flauta. ANG. Belonging agito à flute. § Plaut. in Pseud. sc. 5. a. 1. Tibicen vos inter nos hic delectaverit, id est, in extremo actu. Cic. ad Gallum lib. 7. Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere, & sat bonum unctorem, discessit à me. Horat. 3. Epist. 1.

Nunc tibicinibus, nunc est gavisa Tragedis.

¶ Pro tibia instrumento musicali posuisse videtur Cicer. 2. de legib. Honoratorum virorum laudes in concione memorant, easque ad

cantus & ad tibicinem prosequuntur, cui nomen est Naxiz, &c. ¶ Tibicinem facere Minos jussit, nuntiata filij morte, in sacrificio, &c. Senec. c. 12. de cons. ad Marc. Idem refert Suet. in Tib. cap. 70. ¶ Tibicinem mederi Ischiadicis. Gell. c. 14. lib. 4. ¶ Tibicines item, αἰτία πάθος, pilæ dicuntur sive tigna, quibus ædificia inclinata, & alioqui ruitura sustinentur. Juven. Satyr. 3.

Nos urbem colimus tenui tibicine fultam  
Magna parte sui.

¶ Tibicen, pro sustentaculo telæ. Ovid. 4. Fast.

Hac modò versabat stantem tibicinæ telam.

Virg. quoque hemistichia sua, quæ in Aeneide aliquot reliquit imperfecta, tibicines appellabat, eo quod ad fulciendam supplendam sententiam ad tempus essent inserta. Ipsæ quoque particulae, quibus versuum hiatus replentur, alioqui nihil facientes ad sententiam, tibicines à Grammaticis appellantur. Quale est hoc apud Virg.

Sic fortè precatur.

Nam foris vacat.

Tibicinium, ars tibicinis, vel tibicinæ. Apul.

Tibicinæ, Mulier tibiæ canens, quemadmodum Fidicina, quæ canit fidibus. § תִּבְּלָעָה. choléleth. αὐλαγέτης. GAL. Femme qui joue de la flûte. ITAL. Donna che suona de flauto. GERM. Schreoglerin/schroegel-schreiferin. HISP. Tañedora de flauta. ANGL. A woman that playeth on the flute. § Mart. lib. 14.

Ebria non madidis rumpit tibicina buccis.

Plaut. Aul. sc. 1. a. 2. Conduxit coquos, Tibicinæsque hæc apud forum. Idem Pf. sc. 5. a. 1. Ecquam scis Tibicinam filium meum amare. Idem Aul. sc. 2. a. 2. Tibi dabitur pinguior tibicina.

Tibicinalia, crepitacula. Poll.

Tibesis, τιβησις, fluvius est ex Hæmo monte nascens, & Septentrionem versus in Istrum influens. Autor Herod. lib. 4.

Tibin genus est masculi, in modum scrinij ex virgultis agrestibus texum.

Tibiscus, τιβησις, vulgo Tissa. Fluvius Daciæ, in Carpatho monte nascens, & Dacos ab Iazygibus Meranistis dirimens, tandemque juxta Tibiscum urbem in Danubium influens. Autor Pro. lib. 3. c. 4.

Tibullus, prænomine Albus, Poëta Elegiographus fuit, Romæ natuus Hircio & Pansa Coss. Qui annus etiam Ovidij Poëtæ natalibus fuit insignis. Ex amicis Messalam Corvinum maximè coluit, quem dum in Asia proficiscentem sequitur, in gravissimum incidit morbum: adeò ut de vita desperans, hoc sibi scriperit Epitaphium,

Hic jacet immitti consumptus morte Tibullus,

Messalam terrâ, dum sequiturque mari.

Ex Poëtis familiares habuit Horatium, qui cum judicem suorum appellat scriptorum: Ovidium, qui mortem ejus elegantissimè deflevit Elegiæ. In amoribus & nimis, & inconstans fuisse videtur, ut qui præter Marathum, & Cerinthum pueros, Deliam quoque amazit Sulpitiam, & Nearam: omnium autem maximè Nemeshim: cuius formam, & venustatem bona operis sui parte posteritati commendavit. Obiit Romæ virenti adhuc aetate, non sine gravi eruditorum omnium mortore.

Tibur, is, τιβησις τιβηση, καὶ τιβηση. Steph. Civitas in Sabinis, decimosexto ab Urbe lapide, crebris fontibus irrigua, & singulatis aëris temperie commendata. Ovid. 4. Fast.

Et jam Telegoni, jam mænia Tiburis uidi Stabant.

Mart. lib. 6.

— quum mors

Venerit medio Tibure Sardinia est.

Est autem hoc oppidum origine Græcum à Tiburto, Catyllo, & Corace Amphiaraï liberis, post prodigiosum patris ad Thebas interitum communiter conditum, & à Tiburti nomine, qui ex tribus natu maximus erat, Tibur appellatum. Autores Cato in Orig. Solinus, & Senatus scriptor Græcus. ¶ Tibur Herculi-sacrum erat. Sueton. in Calig. cap. 8.

Tiburs, utis, τιβηση, Gentile. Virg. 1. Aeneid.

Haud aliter Tarchon Tiburum ex agmine prædam

Portat ovans.

Cicer. pro Corn. Balbo, L. Coffinius Tiburs, pater hujus equitis Romanus.

Tiburtinus, α, ιμ, τιβησης, quod ex Tibure est: ut Sibylla Tiburtina, Tichobates, qui à Iurisconsultis directarius.

Ticinum, Ptolemæo, τιβηση Stephan. Insubriæ civitas, quam hodie Papiam vocant, à Ticino fluvio præterlabente nomen habens. Vulgo Pavia.

Ticinus, τιβηση, vulgo Tesino. Fluvius est Insubriæ in Eridanum fluens, à quo vicinum oppidum est appellatum. Sil. lib. 9.

Dum Romanata Ticina cadavera ripa

Non capiant.

Tifernum, τιφηση, Cita di Castello. Umbriæ oppidum est, teste Ptolem. lib. 3. cap. 1. à quo Tifernates, quorum meminit Plin. lib. 3. cap. 13.

Tifernum Metaurense, S. Angelo in Vado, V. olim E. Vmbriæ, ad Mætaurum.

Tifernus, τιφηση, fluvius est in secunda Italæ regione, Apulos dividens à Frentanis. Autor Plinius lib. 3. cap. 11. Vulgo Portera in Puglia: una.

Tigellinus, Ophonius, vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui Neroni intimarum libidinum conscientia quum esset familiaris, plurimis summis viris per calumniam exitium machinatus est. Postea rerum potito Othoni, ad aquas Sueianas supremæ necessitatis nuntio accepto inter cunicularum oscula fauces sibi præcidit, teste Tacito lib. 17. Meminit hujus & Juven. Satyr. 1.

Pons Tigellinum, tanta lucibus in illa,

Quæ stantes ardunt, qui fixo gurgite fumant.

Tigitis, vel Tigiti. Antonino nota, Numidæ metropolis, & V. A. Tignus, i. masculini generis: & Tignum, neutr. Trabs, quæ variè disposita domus extiuitur: & propriæ, cui superponitur testū: à tegendo nomina

nomen deductum. *{בְּנֵי קָרָב korah. δοκίς, δογῆς, λεγιόν. GAL. Solive, chevron, poutre, matériaux pour un édifice. ITAL. Trave. GERM. Ein rafen eines tachstuhls. HISP. Viga à madera de la techumbre. ANGL. A beam, a rafter, all' tymber to build roith.} Lucr. lib. 1.*

*Nec quum subtiliunt ignes ad testa domorum,*

*Et celeri flamma degustant tigna trabésque.*

Plaut. Mostell. sc. 2. aet. 1. Imber lavit parietes, perpluunt tigna, &c. Ibidem metaphorice. Ita hæc tigna humidè putent, &c. Horat. de arte Poët.

*& modicis instravit pulpis tignis.*

Ovid. 8. Metam.

*Sordida terga suis nigro pendentia signo*

Iuvén. Satyr. 3.

*ferit afferre duro*

*Alter: at hic tignum capiti incutit, ille metretam.*

Cæs. 4. bell. Gall. Tigna bina sesquipedali ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis. ¶ Tigni nomine omne genus materici, ex qua ædificia constant, continetur, inquit Vlpian. *de tigno juncto: l. i. & ad exhib. l. tigni. & Caius de verb. sign. l. tigni.* ¶ Sed & in vineis Tigni appellatione omnia vineis necessaria continentur, ut pura petrica, pedamenta, ut ait ibid. Vlpian. ¶ Hinc Contigno, vide suo loco.

Tigillius, & Tigillum, diminutiva. *{דְּקַרְדִּים koridim. GAL. Soliveau, petit chevron. ITAL. Travicello. GERM. Ein kleine rafen / latzlin. HISP. Pequeña viga. ANGL. A little beam of rafter.} Liv. 1. ab Urbe, Transmissio per viam tigillo, capite adoperto, velut sub jugum misit juvenem. Tibull. lib. Eleg. 1.*

*Illis compositis primùm docuere tigilli,*

*Exiguam viādi fronde operire domum.*

Catullus, ad Ianuam. 68.

*Ianua ..... suffixa tigillo.*

Plaut. Aut. sc. 1. a. 2. De suo tigillo si qua fumus exit foras.

Tignarius, *τιγναρίς, a. um, adjektivum. Tignarius faber, Qui tigna dolat, aut ædificio adaptat. {דְּקַרְדִּים koridim. GAL. Un charpentier. ITAL. Lignaiolo. GERM. Ein zimmerman. HISP. Carpintero. ANGL. A carpenter.} In qua significazione legitur & Tignarius absolute. Cic. de clar. Orat. Ego me l'hdiam esse mallem quam vel optimum tignarium.*

Tignatio, mutua donatio. Pap.

Tigranē, *τιγράνη, urbs Mediae Mediterranea, teste Ptol. lib. 6. c. 2.*

Tigranēs, is, *τιγράνης, proprium nomen regis majoris Armeniae qui auxilium ferens Mithridati regi, vicitus est primò à Lucullo, deinde à Pompeio Magno: cuius sèpe mentionem facit Cic. in Orat. pro lege Manil. Lucan. lib. 1.*

*Tigranēaque meum, ne Parnaciis arma relinquis.*

Tigranēcēta, *τιγράνης, vulgo Sulih inia. Oppidum in montanis majoris Armeniae, teste Plin. lib. 5. c. 11. à Tigrane conditum, unde & nomen accepit, quasi Tigranis civitas. Nam Certa, Parthorum linguā, urbem sonat, vide Steph. in urbium Onomastico.*

Tigris, is, & idis. *{τιγρής. GAL. Une tigre. ITAL. Tigre. GERM. Ein tigers thter. HISP. La tigre hembra de pardo. ANGL. A tiger.} Fera faxissima & velocissima in Hyrcania maximè abundans: ita dicta quod sagittæ velocitatem, quam Tigrim Medi appellant, cursu videatur adæquate. Virg. 4. Æneid.*

*Hyrcanaque admirant ubera Tigres.*

Ovid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.

*Quaque tibi quondam tenero ducenda palato,*

*Prima dedit nutrix ubera, Tigris erat.*

Arrianus, qui res gestas Alexandri condidit, tigrim feram Indicam non eam esse voluit, quā vulgus Tigrim nominat, sed hæc esse Thoatigrim vero equi magnitudine esse, à superiori longè diversam.

Tigrinus, a. um, *τιγρῖνος: ut, Tigrina mensæ, hoc est, venarum discursu tigidum maculas referentes. Plin. lib. 13. c. 15. Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinæ appellantur.*

Tigris. *{תִּגְרִיר chiddekkel. τιγρής, ητο.} Insignis Asia fluvius, Mesopotamiam ab Ortu alluens, quem Sacrae literæ ex Paradiso nasci confirmant. Solinus in Armenia caput attollere dicit, in loco edito, ex lucido, conspicuoque fonte, nec ab exordio statim totum esse, sed primò pigrè fluere, non cum suo nomine. At quum in fines Medorum invectus sit, Tigrim statim vocari. Arethusam lacum insuete, gravia pondera sustinentem, cuius pisces nunquam se alveo Tigridis immisceant, sicut nec amnici stagnū attingant Arethusæ. Mox Arabas præterfluens, Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiens, Euphratēmque, defertur in sinum Persicum. ¶ A Tigris fluvio dicti sunt Transigritani, qui trans Tigrim habitant: sicut Transpadani, qui trans Padum.*

Tigillij, *τιγλίαι, Liguriæ populi, quorum urbes Tigullia, & Segesta commemorantur à Plin. lib. 3. cap. 5. Vulgo Sigesiro.*

Tigurini, *τιγρῖνοι. {Die Zürcher.} Populi inter Helvetios Limagi fluminis accolæ: quorum meminerunt Cæsar lib. 1. de bell. Gal. Strab. lib. 7. Florus lib. 3. c. 3. Paulus Orosius lib. 5. c. 16. & Plutarch. in vita C. Marij. Eorum Metropolis est Tigurum urbs, vulgo Zürich: situ perquam ameno, inter duos montes, superne lacus incumbit limpidissimus, longus circiter duodecim millia passuum, supra quem amoenus Alpium prospectus est, ut volupe sit vel in media agitate, nives & quandā quasi hyemē intueri. Is lacus urbem dissecans, in medio Limagum fluvium, quē recipit, penè apud Glareanos rursus effundit: sternit pontibus duobus, qui urbem dissectam denudò conjungunt. Ipse vero Senatus populisque Tigurinus, quum omnium suarum urbem sociam Romani Imperij ab Imperatore deserit negligique cernerent, multis magnisque de causis cum Lucernatis, & Vranis, & Suicensibus, & Subsylvanis ( quibus tunc quoque bellum erat, cum principibus Austriae ) in perpetuum fedus societatemque venere, ea lege, ut Tigurinus pagus inter omnes primum locum obtineret. Quod factum est anno ab orbe redempto, MCCLI. Hic pagus & tota regio Helveticorum hodie, inter Germanos censentur. Pagi Tigurini meminit Cæsar lib. 1. bell. Gall.*

Calepini Pars I. I.

Tigurinus ( inquit ) is pagus est: nam omnis civitas Helvetia in quatuor pagos divisa est.

Tilia, *τιλία, {פְּלִילְיָה. GAL. Teile, ou tillot, ou tilleul. ITAL. Tiglio albero. GER. Lindenbaum. HISP. Teja arbol.} Arbor est apud Gallos nomen retinens, folio hederaceo molliore, & in angulum acutiore rotundior, & prolixiore, in orbem lentè crispo, atque serrato, flore tantisper, dum calyculo continetur, herbaceo: dum emersit, flavo: fructus magnitudine fabæ, similis acinis hederæ: in quo semen prætenue, quantum triploris, omnibus animalibus ingratum, quum foliorum pæbulo maximè ducantur. Virg. lib. 2. Georg.*

*Nec tilia leves, nec torno rasile buxum.*

Ovid. 10. Metam.

*Nec tilia molles, nec fagus, & innuba laurus.*

Tilia item dicuntur vincula ex arboris hujus membranis tenuissimis, inter corticem & lignum sitis. Plin. lib. 16. c. 14. Inter cottices & lignum tenues tunicas multiplici membrana, è quibus vincula tiliæ vocantur. Tenuissimæ earum philyæ, coronatum lemniscis celebres, antiquorumque honore.

Tilica, Iocularis dictio apud Cicer. de clar. Orat. Et ille fuit accusator, inquit, vetus, quo accusante Chirilium, Sisenna defendens, dixit quædam ejus sputatilica esse criminis. Tum C. Ruscius, Circumveniō, inquit, judices, nisi subvenitis. Sisenna quid dicas nescio, me tu insidias: sputatilica, quid est hoc? spuma quid sit scio, tilica nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus restè loqui putabat esse, inusitatè loqui.

Tiliacēus, a. um, quod ex tilia confectum est. *{פְּלִילְיָה. GAL. Fait de tillot. ITAL. Farro di tiglio. GER. Lindin/oder lindenbaum. HISP. Hecho de teja.} Iulius Capitolinus de Antonino Pio, Quum senex & longus esset, incurvareturque, tiliaceis tabulis in pectore fasciabatur. Colum. lib. 12. cap. 45. Arculæ fagineæ, vel etiam tiliaceæ, quales sunt in quibus vestimenta forensia conduntur, huic rei paucò ampliores preparati debent.*

Tilium, *τιλίον, urbs litoralis in latere Occidentali Sardiniae: autore Ptolem. lib. 3. cap. 3.*

Tilphōsā, *τιλφωσα. Fons est Bœotie subter Tilphosum montem labens, ubi Tiresias varis sepulchrum est: qui quum senex esset, & frigidam fontis hujus aquam potasset, subito extinctus est. Autor Strab. lib. 9.*

Tilphōsīus, *τιλφωσίον, mons est Bœotie, non procul ab Halianto, templum habens Apollinis Tilphosi. Autor Strab. lib. 9.*

Tilus, *(quod huc pro sinus Persici insula male relatum erat.) Vide Tilus. Siquidem tam apud Ptolomæum, quam apud Plinium scribitur y Graeco.*

Timæus, *τιμαῖος, nomen proprium philosophi Locrensis, cui divinum illud opus Plato inscripsit, in quo de rerum creatione disserit, quod Cicero postea Latinum fecit, atque de Universitate inscripsit: quamquam non desint qui negent Ciceronis esse. Fuit præterea Timæus quidam Siculus arrogantis, qui se historiam scripturum jactabat, quā facile Thucydidem superaret: hoc videlicet commento gloriam, & eruditiois opinionem apud impenitam plebeculam captans, de hoc Plutarch. in Nicias.*

Timachus, i., *τιμαῖος, Mæsiæ fluvius ex Rhodope monte fluens, teste Plin. lib. 4. cap. 26.*

Timagēnes, *τιμαγῆνες. Rhetor fuit Alexandrinus, qui à Gabinio, quum in Ægypto res gereret, captus, Româaque perductus, à Fausto Sylla filio redemptus est. A quo manumissus, primùm in ipsis Pompeiis aedibus, cōque mortuo, in palatio ludum aperuit. Postea vero quum ob linguæ libertatem scholâ excidisset, in rure Tusculano ætatem peregit. Fuit & alter Timagenes, historicus, qui maris totius situm libris quinque est complexus. Vtriusque autor Suidas.*

Timagoras, *τιμαγόρας, civis Atheniensis fuit, à suis capitali supplicio affectus, quod Darium, ad quem legatus erat, more Persarum per adulacionem adorasset. Suid. & Valer.*

Timandrà, *τιμαρδα, filia Ledæ, & Tyndarei, & soror Clytemnestrae, quæ Echemono nupsit: ut refert Lycoph. Scholiast.*

Timanthēs, *τιμανθης, Suidæ. Nomen Pictoris celeberrimi, Parrhasij amuli. Inter ejus verò ingenij monumenta, Iphigenia oratorum laudibus celebratur, quam pinxit ad aram stantem, jämque Diana immolandam: quum omnes mœstos pinxit, omnemque tristitia imaginem consumpsisset, patris vultum, quem dignè effingere non potuit, velo obduxit. Pinxit & Cyclopem parva in tabula, cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit juxta Satyros chryso pollicem ejus merientes: itaque ex omnibus ejus operibus intelligitur plus quam pingitur. Hæc ferè Plin. lib. 3. cap. 9.*

Timarchides, *τιμαρχίδης, eximius marmoris sculptor, apud Plin. lib. 3. 6. cap. 5. Fuit & alter statuarius, qui multa nobilia ex ære opera confecit: cuius meminit idem Plin. lib. 34. c. 8.*

Timarchus, *τιμαρχός, Atheniensis quidam fuit, Demosthenis familiaris, qui quum in adolescentia pudicitiam suam in Piræo prostituisset, eo nomine jam senex ab Æschine in judicium vocatus est, & condemnatus. Fuit item Timarchus statuarius nobilis, qui centesima vice prima Olympiade floruit: teste Plin. lib. 34. cap. 8.*

Timavus, *τιμαύρος, vulgo Brenza. Nomen fluminis juxta Aquileiam, novem nascens capitibus, teste Pomponio, unóque ostio sese in mare evolvens. Virg. 1. Æneid.*

*Regna Liburnorum, & fontem superare Timavi.*

Timéo, es, ui, Metuo, hoireo, reformido, vetero. *{תִּמְאֵן jaré תִּמְאֵן חֲדָדָה. פְּרִזְבָּעָה, דְּמָדְבָּדָה. GAL. Craindre. ITAL. Temere, haver paura. GERM. Furchten. HISP. Temer, haver miedo. ANGL. To fear.} Cicero. pro Flacco, Nihil magis quam perfidiam timemus.*

Ovid. 13. Metam.

*Haud timeo, si jam nequeam defendere crimen  
Cum tanto commune viro.*

Plaut. Mil. sc. 5. a. 2. Timeo quid rerum gesserim. Idem Men. sc. 2. a. 1. M. Perij. P. Ne time. Idem Cure. sc. 2. a. 4. Ne time: Bene ego vendidi. Ovid. Eleg. 2. lib. 5. Trist.

*Quid dubitas? & tuta times? accede, rogaque:*

¶ Variis modis construitur, dicimus enim, Timeo te, tanquam inimicum. Timeo tibi, tanquam amico, nequid mali tibi accidat. Terent. *Andr.* Pamphili vita timeo. Timeo mihi abs te. Cicer. pro *Sylla*, A quo quidem genere, Iudices, ego nunquam timui, id est, non timui ne malum mihi inferrent. ¶ Invenitur etiam cum ablativo, mediant e De. Ovid lib.4. *Fast.*

*Nec timui de morte: tamen metus obstitit.*

Cæsar. lib.3. de bell. civ. Timere de suo periculo. ¶ Item dicimus, Timeo furem tauto: id est, ne fur taurum furetur. Juven. *Satyr.* 6.

*— quum furem nemo timeret*

*Caulibus, aut pomis.*

¶ Dicimus etiam, timeo pro amico. Gell. lib.19. cap.1. Illum autem pro Aristippi anima timere. Timeo quemadmodum haec explicari possint. Cic. lib.15. Epist. Nunc istic quid agatur, magnopere timeo. Idem ad Attic. lib.2. ¶ Speciale est autem in hoc verbo & in ceteris ejusdem significationis, ut sive sequatur negatio, sive non, nihil addat, detrahatur sententia. Nihil enim refert num ita dicas. Timeo ut possis: an sic, Timeo ne possis. Grammaticorum enim quæ traditur differentia, usu Latinè loquentium repudiatur. Composita hujus verbi sunt Extimeo, pertimeo, & prætimeo: quorum significata vide suis locis. Timefactus, perterritus. Laurenberg. ex Luct. l.2. *Timidus*, a. um, pavidus, meticulosus. § אָרֵן יָרֶה רַעֲבָדְךָרְאֵד. GAL. Craincif, timidus, peureux. ITAL. T. mido pauroso, di poco animo. GERM. Furchtsam. HISP. Temeroso por naturaleza, medroso. ANGL. Fearfull, timerous, false harted. § Plaut. Pseud. sc.1. a.2. Stultitia est facinus magnum timido cordi credere. Idem Curt. sc.2. a.5. Timidam atque pavidam me abripit. Ovid. 13. *Metam.*

*timidi commenta retexit.*

*Naupliade: animi.*

Cic. 1. *Offic.* Ne imbellis, atque timidi videamur. Cic. pro *Marcelle*. Si in alterutro peccandum sit, malum videri nimis timidus, quam parum prudens. ¶ *Timidus*, cum genit. Senec. de vita beata, Abduntur in alias rimas timida lucis. Et Ovid. 5. *Fast.*

*— timidusque Deorum.*

*Timidē*, adverb. Pavidē, minūs audacter. § φοβίσθε, ἐνδιάστε. GAL. Avec crainte, craintivement. ITAL. Con timore. GERM. Furchtsamlich. HISP. Con temor, temerosamente. ANGL. Fearfullie, with a faint hart. § Cicer. 2. *Tusc.* Sed hoc quidem in dolore maxime est providendum, nequid abjecte, nequid timidē, nequid ignavē, nequid serviliter, mulieritervē faciamus.

*Timiditas*, atis, Proclivitas ad timorem. § תִּרְאֵה יְרֵאָה פָּחָד חָרָדָה. GAL. Crainse, peur, timidité. ITAL. Paura, timidezza. GERM. Furchtsamkeit. HISP. Temor natural. ANGL. Bushfulness, timerousness. § Cicer. 4. de finib. Ex rebus enim timiditas, non ex vocabulis nascitur. Item 3. *Tusculan.* Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatem, & ignaviam. Idem in *Partit.* Verecundiam timiditas imitatur.

*Timor*. is.est( ut Cic. 4. *Tusc.* quæst inquit) metus mali appropinquantis. § תִּרְאֵה יְרֵאָה פָּחָד חָרָדָה. GAL. Crainse, peur, timidité. ITAL. Timore, paura, GERM. Furcht. HISP. Temor natural. ANGL. Fear of some evill comming. § Facere alicui timorem. Cicer. lib.10. Epist. Quæ res mihi facit timorem. Affici timore de aliquo. Idem lib.11. Epist. Amici de nobis magno timore afficiuntur. Injicere timorem. Idem Attico. Nostris animus accessit, hostibus timor injectus est. Percusus timore. Idem ibidem, Civitas percussa magno timore Ovid. 5. *Fast.*

*Et timor ipse novi causa decoris erat.*

Idem 13. *Metam.*

*— nec me lacryma, luctusque, timorque, Tardarunt.*

*Timiōpōlē*, πυρωπαλαι. A Græcis dicuntur qui præmercantur, ut rem pretia accendant, annonāque flagellent: id est, duriorem, cariotemque faciant, pretio non parcentes.

*Timoclea*, τιμοκλη, mulier Thebana fuit, quæ stuprum à Barbaro per vim passa, dissimulato dolore, finxit se illi velle ostendere magnum auri pondus, perductumque ea spe ad altissimum puteum, qui erat in interiori parte domis, quum pronus puteum inspicaret, præcipitem dejicit, & saxis obruit.

*Timocles*, τιμοκλῆς, duorum Comicorum Atheniensium nomen, quorum fabulas aliquot enumerat Suidas.

*Timocreon*, τισ, τιμοκρέων, Poëta Rhodius fuit, veteris Comœdia scriptor: qui graves cum Simonide Melico, & Themistocle inimicitias exercuit: quos etiam contumelioso poëmate est infectatus. Autor Suid.

*Timolaus*, τιμόλαος, Rhetor & versificator è Larissa Macedonia, discipulus Anaximenes Lampsaceni. Scripsit poëma de bello Troiano, Homeris singulis versibus singulos addens. Suidas.

*Timolēon*, τιμολέων, Corinthius dux inclitus, viribus fortissimus, vita que abstinentissimus, qui missus cum paucis triremibus ad liberandas à Dionysij tyrranide Syracusas, quem Dion Syracusanus implorato Corinthio um auxilio, expellere conabatur, quinquagesimo postquam Syracusas appulisset die, urbe potitus est: deinde arcem obsidens, Dionysium ad deditioinem compulit, & cum paucis in exilium Corinthum misit. Arcem verò solo æquavit, & Syracusanis libertatem restituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorum tyrannum in bello captum interfecit. In summa æqualis fuit Timotheo, Ag filao, Pelopidae, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho, qui eum è nostris comparat Paulo Æmilio

*Timolus*. Lydiæ mons, postea Tmolus τιμόλος, appellatus, teste Plin. o lib.5. cap.29.

*Timon*, τιμών, Phliasius Philosophus, qui apud Chalcedonem Philosophiam & orationem exercuit, charus Ptolemæo Philadelpho. Scripsit Tragedias, & Comœdias, & satyras. Dictus amarulentus, & in ordax, Sillorum, id est, dicacitatum scriptor: de quo Gellius. Timon amarulentus librum maledicentissimum conscripsit, quem Sillos inscripsit. ¶ Fuit & alius Timon Atheniensis temporibus Peloponesiaci belli (ut ex Aristophanis & Platonis poëmatibus perspicere

licet) prostrus inhumanus, ac vitans hominum congregatus præter unius Alcibiadis adolescentis. Interrogatus quæ cum illo causa esset amicitia, Quod sciam (inquit) illum quandoque malorum maiorum Atheniensibus causam futurum. Semel in vita in concionem dicitur ascendisse, factique novitatem cunctis admirantibus. Est mihi (inquit) o viri Athenienses post ædes horribus, in quo fucus coaliuit quædam, in qua permulti nostri cives se suspenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare volo: Quamobrem visum est mihi, vos publicè admonere, si quis fortè sit, qui se prius velit suspendere, ante quā arbor excidatur. His igitur de causis ab Atheniensibus, μαρτυρῶν est appellatus, hoc est, humani genetis osor. Vide Plutarch. in Anton. In sepulchro quod sibi ipse construxerat, incisum erat epitaphium in hanc sententiam:

*Hic sum post vitam, miseramque, in opemque sepultus,*

*Nomen non queras: dij, lector, te male perdant.*

Timomachus, τιμογάχος, fuit Victor Byzantius, Cæsaris Dictatoris ætate. Fecit Medeam, & Ajacom quos ipse Cæsar. lxx. talentis emis, & in templo Veneris dicavit. Autor Plin. lib.35. cap.11.

Timor, vide *Timeo*.

Timothæus, τιμοθέος, nomen proprium Cononis Atheniensis filii, qui acceptam à patre gloriam multis auxit virtutibus. Fuit enim discessus, impiger, laboriosus rei militaris peritus: & (quod super omnia est) στρυχη, id est. Fortunatus Imperator habebatur. Plutarch. in *Sylv.* Haic statua publicitus in foro Athenis posita est, ob victoriam, quæ vicitis Lacædemoniis, imperium Atheniensem auxit, & muros Athenarum extruxit. Post hujus obitum non fuit quisquam ferè Athenis memoriam dignus. Hujus gesta æmuli, ut laudem ejus imminuerent, Fortunæ adscribant, circunferentes passim tabulas, in quibus ille pictus erat dormiens, adstante interim fortuna, quæ civitates in retrahaeret. Quam rem ille ægrè ferens, sua illa esse dicebat, non fortunæ opera. Ex quo tempore, quasi persona hominis ingratitudinem fortuna, omni prorsus felicitate excidit. Autor Suidas. Hujus ut docti hominis meminit Cic. lib.1. *Offic.* Quod idem fecit (inquit) Timotheus Cononis filius, qui quum belli laude non inferior fuisset, quæ pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenij gloriæ adjectit. Haec tenus Cicero. ¶ Timotheus item Atheniensis Comicus, media Comœdia, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. ¶ Timotheus Milesius, Thersandri filius, musicus, qui decimam & undecimam chordam lyrae addidit, & antiquam musicam in molliorem modum mutavit. Hunc ferunt duplo majorem ab his quos alius instituisset, mercedem exigere solitum fuisse, quæ si rudes traderentur. Geminatum enim labore dicebat, dedocendi prius, mox docendi. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander modulis ejus excitabatur, & ad res bellicas alacrius instruebatur. Decessit anno ætatis 111. Scriptus de Musica libros 17. Item encomia, & dithyrambos. Hæc Suidas. ¶ Timotheus sculptor nobilissimus, unus ex iis, qui Mausoleum cælavere: cuius in templo Apollinis Roma multa fuerunt monumenta, ut scribit Plin. lib.34. c.8. ¶ Timotheus Gazæus Grammaticus, tempore Anastasi principis, in quem etiam Tragediam conscripsit. Edidit & heroico versu de Indicis, & Arabicis, & Egyptiis, & Libycis quadrupedibus, & de avibus peregrinis libr.4. ¶ Fuit & Timotheus, Pauli Apostoli discipulus, patria Licaonius mulieris viduæ filius: postea Præsul Ephesus Apostolicis epistolis, & Martyrio clavissimus.

Tin, antiqui pro eum dixerunt.

Tinæ, τινα, vasis vinarij genus, quod à Festo tinion appellatur. Varr. lib.1. de vita pop. Rom. ut citat Nonius. Antiqui in conviviis utres vini primò, postea tinas ponebant. ¶ Tina item Ptol. lib.2. c.3. fluvius est in tribu orientali Britanniae insulae.

Tincă, τιν, piscis fluviatilis, vulgo notus. § ἑψύλων, αντο, GALL. Vapoison appellé Tanche. ITAL. Tinca pesce. GERM. Ein schleg. HISP. La tenca pescado. ANGL. A tenche fish. § Auson. in Mosella,

*Quis non & virides vulgi solatia tincas*

*Nori, & Alburnos pradam tuerilibus hanis?*

Tindæ, τιδη, Thracia urbs, in qua Diomedes equos suos humanæ carne pascebatur. Autor Plin. lib.4. c.11.

Tinctilla, Tinctura, vide *Tingo*.

Tinæ, τιν, vermiculus est, qui aut situ, aut pulvere, ac putredine interdum nascens, vestes aut libros abrodit, teredo. § ψυχασχ. GAL. Teigne, ver qui gaste & mange la laine & les habits ITAL. Tigno, tarma, verme. GERM. Ein schab. HISP. La tiña de las colmenas, polilla. ANGL. A moth, avorme yat eateth clothes or bookes. § Horat. 1. Epist. 2.1. ad librum suum.

*— aut tineas pasces taciturnus inertes,*

*Aut fugiös Viçam, aut vindus mittēs Ilerdam.*

¶ Item tineæ ventris vermes sunt, in intestini recti extremo nascentes. § λυμβίς. Celsus Lumbricos appellat. Plin. lib.11. c.33. Sic intra hominem tineæ tricenū pedum, aliquando & plurimum longitudine. ¶ Item tineæ sunt vermes in alvearibus, apibus noxi. Columel. lib.9. cap.14. Præterea, ut tineæ si apparuerint, everrantur, papilionesque enecentur, qui plerunque inter alveos morantes, apibus exitio sunt. Nam & ceras erodunt, & stercore suo vermes progenerant, quos alveorum tineas appellamus. Plin. cap.3. lib.31. Tineæ in fontibus frigiditatem argaunt.

Tinçösls, a. um. § ἀριτάδης GAL. Plein de teignes. ITAL. Pieno di tarma. GERM. Voll schaben. HISP. Lleno de tiña. ANGL. Full of moths. § ut, Alvei tineosi, apud Colum. lib.9. c.14.

Tingatio, mutua donatio. Pap.

Tingi, τιγῖ. Oppidum est Africæ, non procul ab Ampelusio promontorio, ab Antæo (ut ferunt) conditum, Tingi, inquit Pompon. Mela lib.1. & Plin. lib.5. c.1. Mauritania perverus oppidum, ab Antæo (ut ferunt) conditum, postea à Claudio Cæsare, quum coloniam faceret, appellatum Traducta Iulia, v. g. Tanger.

Tingitana, τιγιτάνη, extima Mauritania pars à Tingi urbe nomen habens: cuius descriptionem vide apud Plin. lib.5. c.21.

Tingo, ιξ, ιχ, ιτυ, vel tinguo, inficio, madefacio, immergo, colore vel humore imbuo. § בְּנֵת בְּנֵי γόνֵי. GAL. Teindre. ITAL.

ITAL. Tingere. GERM. Tuncken/oder eintuncken/ferben. HISp. Teñir ò mojar. ANG. To dippe or die colours. { Martial. lib. 5.  
Mentiri juvenem tinctis Lensis capillis,  
hoc est, unctis & coloratis. Virg. I. Aeneid.  
Quid tantum Oceano properent se tingere Soles, id est, immergere.  
Martian. lib. I.  
——— tingit cutem Catinus, & tamen paler.

Virg. 3. Georg.  
Ac vix suppositi tinguntur sanguine cultri.

Ovid. Eleg. 1. lib. 2. Trist.  
Tingeret ut ferrum natorum sanguine mater.

Idem Eleg. 2. lib. 4. Trist.  
——— purpureo sanguine tingit humum.

Poculis tingere aliquem. Irrigare mero. Horat. 4. Carm. Ode 12.

——— non ego te meis

Immunem meditor tingere poculis,

Plena dives ut in domo.

¶ Tingere numos. Ulp. D. lib. 48. tit. 10. l. 8. Quicumque numos aureos partim raserit, partim tinxerit, vel finxerit: siquidem liberi sunt, ad bestias dari: si servi, summo supplicio adfici debent.

Tingēns, tis, participium. { תְּבַשֵּׁלֶת to b. פָּנָלָא. Plin. lib. 9. c. 38. Sed id tingentium officinæ ignorant, quum summa verratur in eo.

Tinctorium, Gladius. lege, Cinctorium. Cerda.

Tinctus, a. um, participium passivum, Immersus vel infectus. { טִיבָּרְתָּא תְּבַשֵּׁלֶת chāmāt. בְּשָׂעָרְדָּה, בְּשָׂעָרְתָּה. GAL. Teint. ITAL. Tinto, teneo. GERM. Getunkt/in etwas gestossen. HISp. Teñido, mojado. ANG. Dopped, or died. { ut, Spicula tintæ venenis. Ovidius 4. de Pont.

Idem 1. de Arte,  
Consule de gemmis, de tincta murice lana,  
Consule de facie corporib[us]que diem.

Idem Eleg. 6. lib. 4. Trist.  
Quam cui tela suo sanguine tincta rubent.

Sueton. in Calig. c. 1. Ea natura ( cordis ) existimatur, ut tinctum veneno, igne confici nequeat. ¶ Per translationem accipitur pro, leviter imbutus. Cicer. 1. de Orat. Sic enim mihi tinctus literis. Idem de clar. Orat. Ergo illam patris elegancia tinctam.

Tinctus, us: ipse tingendi actus. { בְּשָׂעָרְתָּה. GAL. Teinture, teint. ITAL. Tintura. GERM. Eintunkung/einstossung. HISp. Tintura, teñidura. ANG. A dipping, or dying. { Plin. lib. 10. cap. 48. Et alia eodem nomine croco tinctu.

Tinctura, æ, Infectio, imbutio coloris. { בְּשָׂעָרְתָּה. GAL. Teinture, teint, fard. ITAL. Tintura. GERM. Eintunkung/färbung. HISp. Tintura, teñidura. ANG. A dipping or dying. { Plin. lib. 37. cap. 9. Adulteratur maximè tinctura, idque in gloriam regis Ægypti adscribitur, qui primus eam tinxit.

Tinctilis, e, quod tinctum est. { בְּשָׂעָרְתָּה. GAL. Teint. ITAL. Tinto. GERM. Tunctig. Darein man etroas tuncken mag. HISp. Teñido. ANG. Died. { Ovid. de Trist. lib. 3. eleg. 10.

Nam volucri ferro tintile virüs ineſt.

Tinla, vasa vinaria apud antiquos fuere, ut inquit Festus. { πυρίνη. Tines, cuves. ITAL. Tigne. GERM. Ein gattung weingeschirr. HISp. Lasinas vasijas de vino. ANG. Vesselles for wine. { Nonius Tinias appellavit. Erant autem hæc vasa minoræ, & omnino diversa ab iis, quæ apud nos sub hoc vocabulo habentur, nec ad eos usus parata. His namque è ligno fabricatis, musta cum vinaceis nostri ebulliunt. Apud veteres autem inter ἐπιτραπέζια numerantur.

Tinius, anulus parvus. Pap.  
TINNIO, is, ivi, itum. Propriæ de metallis dicitur, quum ex eorum pulsatione sonus efficitur. { תְּבַשֵּׁלֶת tsalāl. קָדָמָנִים, הַקְּרָנוֹן. GAL. Tinter, & sonner clair. ITAL. Risuonare, render chiaro sono. GERM. Klingend/laut rönen. HISp. Retinir el metal. ANG. To ring and mak à cleare sound ou metall. { Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, stannum, aurichalcum, & hujusmodi. ¶ Hinc Circuntinnio compositum. Varr. 3. de re rustic. cap. 16. Quum à mellario id fecisse sunt animadversæ (apes) jaciundo in eas pulverem, & circum inniendo ære, perterritas quod voluerit perducet. ¶ Tinnire quoque dicitur auris, quum inclusi subtile & leves vapores, interdum per membranam illam, quæ in auribus est, emergunt, & sonum illum fictitum edunt. Catull. ad Lesbiam, Epigr. 48.

Aures tinniunt suopte sonitu.

Eleganter item Tinnire dicitur, qui nummos habet, vel qui numeros adfert. Maximè autem expecto, ecquid Dolabella tinniat. Cic. ¶ Tinnire etiam dicuntur garruli. Plaut. Pseud. sc. 2. a. 3. Molestus nensis, nimium tinnis, non places, &c.

Titinnio, is, idem quod Tinnio. Laurenb. sed legitur apud Nonium Tintinnire.

Tinnimentum, is, Ipse tinniendi actus. { καθάρισμα. GAL. Tintement, son & cornement. ITAL. Risuonamento. GERM. Ein kläng/heller thon. HISp. Reintimento, y son de metal. ANG. Ringing. { Plaut. in Rud. Illud quidem ædepol. tinnimentum est auribus.

Tinnitus, us, metalli sonitus. { καθάρισμα. GAL. Tintement, cornement. ITAL. Risuonamento. GERM. Das klingen/thon. HISp. Aquel retinte y son de metal. ANG. The ringing of metall. { Plin. lib. 11. c. 10. Apes gaudent plausu atque tinnitu æris. Virg. 4. Georg.

Tinnitusque cœ, & matru quate cymbala circum.

Aurium tinnitu præsentire. Plin. lib. 28. c. 2.

Tinnilius, a. um, quod acutum edit sonum: cujusmodi est sonus metallorum. { λιγύος, ἡχός. GAL. Tissant, resonant. ITAL. Risuonante, & acuto. GERM. Klingend/laut oder hell rönen. HISp. Cosa que retine como metal. ANG. That ingeth. { Ovidius.

Tinnulaque aera sonant, & olent myrrhaque, crocique.

Quintil. lib. 2. cap. 3. Nam & tumidos, & corruptos, & tinnulos, & quocunque alio cacozeliae genere peccantes, certum habeo non viuum, sed infirmitatis vitio laborare.

Tinnunculus εἰγχεῖς, species accipitris. Plin. lib. 10. 37. al. leg. Tristunculus. Tinnunculus à tinnitu vocis. Textos si. Tristunculus, à tribus testiculis. Gesn.

Calepini Pars I I.

Tintino, as, Resono. { תְּבַשֵּׁלֶת hammah. עֲלָלָעָה. GAL. Tinter, résonner. ITAL. Risonare, ribombare. GERM. Wider tönen. HISp. Retentir el metal. ANG. To ring lik metall. { Catull. ad Lesbiam,

sonitu canoro Tintinans aures, &c.

¶ Dicitur & Tintinnio, is, ivi. Afranius, Tintinnire janitoris impenimenta audio. Nonius capit. I.

Tintinnabulum, i, instrumentum æneum, quo populus lavandi horâ ad balneas convocari solebat. { תְּבַשֵּׁלֶת pañamón. ρέπτελος, κάδων. GAL. Clochetæ, sonnette. ITAL. Campanella, sonaglio. GERM. Ein glöcklin. schellen/baderberke mitt dem man klingt so man in das bad lad. HISp. Campana ò esquila. ANG. A bell. { Nomen factitium à sono, quem edit. Iuven. Satyr. 6.

Tot pariter pelues, & tintinnabula dicas

Pulsari.

Plin. lib. 36. c. 13. ut in summo orbis æneus, & petasus unus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula, quæ vento agitata longè sonitus referant, ut Dodone olim factum. Suet. in Aug. c. 91. Mox tintinnabulis ædes ( Tonantis Iovis ) redimivit. Plaut. Pseud. sc. 3. a. 1. Lanios duos cum tintinnabulis, &c. ¶ De Tintinnabulo thermarum, vide Martiale epigr. 16. 3. lib. 14. ¶ Tintinnabulum, veches, quæ stercus evchitur: inde fortassis, quod tintinnabula appendenterent, ut audiretur vehiculum appropinquare, quo quisque omnis generis fordes posset imponere. Lucilius,

Tintinnabulum abest hinc, sripiculaque oletorum.

Tintinnaculi, qui flagris cædunt fontes ob noxam, & loris bubulis castigant. οροπλάκοντες. Facto vocabulo à sonitu, quem verbera efficiunt: nam dum verberant, & cædunt flagris, tintinnum reddere videntur ex crepitu plagarum: qua percussio à Plaut. dicitur tax, per onomatopiam, à sonitu quem reddit. Id genus homines flagratores dicebantur, & lorati: nam cædendo loris, & flagris hunc lorum faciunt. Idem Plaut. in Truc. Nisi ad tintinnaculos vultis vos educi viros.

Tintinnaculus, avis est, teste Plin. lib. 10. c. 37 columbas defendens, & accipitres territans occulta naturæ vi, in tantum ut visum vocemque ejus fugiant.

Tinurtium, urbs Gallia. Spartanus in Severo: Multis interim variè gestis in Gallia primo apud Tinurtium contra Albinum felicissime pugnavit. Vide num sit Tinurtium urbs quæ circa Lugdunum nomine Tournon. Herodianus ad Lugdunum depugnatum esse scribit.

Tion, τιόν, urbs maritima Ponti, non procul à Parthenij fluminis ostio. Autor Ptol. lib. 5. cap. 1.

Tipasa, τιπασα, urbs Mauritanæ Cæsaris apud Plin. lib. 5. c. 2.

Tiphernum, vide Tifernum.

Tipha, τιφη, frumenti genus, olyræ simile. Tipha autem semen est flaveum.

Tiphys, τιφυς, argonautarum in Colchica expeditione gubernator fuit. Virg. in Bucol. Eclog. 4.

Alier erit tum Tiphys, & altera qua uehat Argos

Delectos heroas, &c.

Ovidius,

Tiphys in Æmonia puppe magister erat.

Seneca in Medea,

Tiphys in primis domitor profundi.

Tipulæ, æ. Vermis sex pedes habens, sed tantæ levitatis, ut super aquam currens non desidat. Festus. Plaut. in Pers. Neque tipulæ levius pondus est, quam fidès lenonia.

Tiresias, τερεσίας. Vates Thebanus fuit, Evero patre genitus, qui quum aliquando in Citharone vidisset duos dracones coēentes, observata fœmina, ex iis occidit illam: quo facto in fœminam & ipso mutatus est. Deinde quum rursus post septem annos codem pacto, & mare dtaconem interfecisset, in pristinam formam rediit. Contigit igitur aliquando certantibus inter se Iove & Iunone, virginem fœminæ majorem ex venere voluptatem caperent, ut ille judecit adhibitus; ut qui utrumque fuisse expertus! Tiresias autem pro Iove sententiam tulit, afferens multò plus ex coitu voluptatis participere fœminas. Ob quod à Iunone excæcatus est. Alij vero propteræ excæcatum dicunt, quod Palladem nudam in fonte consperxerit. Iupiter autem in solarium visus amissi divinationem illi dedidit. Stat. lib. 10. Theb.

sibi callidus ista

Tiresia nataque canat, &c.

Plaut. Amphit. Ego Tiresiam conjectorem advoco. Et paulò post Missum faciam Tiresiam senem. Hujus animam evocat Ulysses, apud Homer. lib. 10. Odyss. Multaque ab ea futura edocetur. Auter est Strab. lib. 9. Tiresia monumentum fuisse sub Tilphosso monte Bœotia, juxta fontem Tilphosam, ubi profugus diem suum obiit, quum jam senex gelidissimam Tilphosæ aquam hausisset. Ibi Thebani cives sepulto divinos honores tribuere. ¶ Fuit Tiresia filia fatidica, nomine Manto, quæ ex Tiberino fluvio filium peperit nomine Oenum, qui in Cisalpina Gallia oppidum condidit, & à nomine matris Mantuanam appellavit. Iuvenal. Satyr. 13. Tiresiam appellativè posuit pro homine caco, quum ait,

Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum.

Tiridates, τεριδάτης, Rex Armeniæ, qui variis gestis cum Corbulone bellis, tandem ex fœdere Romam venit, & diadema regni à Nerone accepit. Vide Tacit. lib. 15.

Tiriscum, τιρισκον, Dacia urbs, non procul à Danubio, teste Plutarch. lib. 3. cap. 1.

Tiro, vide Tyro.

Tiroensis Comitatus, Tirol, jacet inter Athesin & OEnum flumina, interque Alpium juga: habetque omnis generis metalla nobilissima.

Tiryne, masc. gen. τιρυνς, ο, agri Argivi fluvius, ejusdem nominis urbem preterlabens.

Tiryne, synthos, τιρυνς, ο, fœm. gen. agri Argivi oppidum, Herculis patria, à qua ille dictus est Tirynthius. τιρυνθος.

Tis, genitivus est antiquus à Tu pronomine, τις. Plaut. in Mil. Tis egeat,

Zz 4 quia

quia re careat, ob eam rem hue admissa est.  
Tifandrus, vir ultiōem appetens. Cerdā.

Tisias, *nōis*, Stesichorus Poeta antē dictus est: sed à chorea id non minis sortitus est.

Tisiphōnē *nōis*, una ex furiis, à cædibus plectendis dicta: nōis ultio, vel poena: *φόβος*, vel *φόρος*, cædes, aut mors. Horat. in Serm.

*servilibus utque*

*Iam peritura modis, Hecatēm vocat altera, savam*

*Altera Tisiphonem.*

Ovid. Eleg. 9. lib. 4. Trist. Tisiphoneus, a, um. Ibid.

*cupiāsque eradere vita*

*Tempora si possis Tisiphona tua.*

Tisobis, *τισόβης*, fluvius Britannia, teste Ptol. lib. 2. c. 3.

Tisā, *τισά*, Ptol. lib. 3. cap. 4. Sicilia urbs.

TITĀN, & Titanus, *τίταν*. Saturni frater, Cœli & Vestæ filius, qui etiam pro Sole ponitur. Tibull. lib. 4.

*Quippe ubi non unquam Titan superegerit ortus.*

Idem ibidem,

*Centum secundos Titan renovaverit annos.*

Ibid.

*dum terna per orbem*

*Sacra fertilibus Titan decurrerit horie.*

Cæterū Sol etiam ipse à Titanibus duxit originem. Tradunt enim Titanas sex fratres fuisse, & quinque sorores, à Titea matre dictos, ut autor est Diodorus; ex quibus unus fuit Iapetus, pater Promethei: Hyperon quoque ex Titanum numero est, qui Solis ac Lunæ, stellæ Larumque motus observasse, atque demonstrasse primus fertur. Ideo Solis parens, & astrorum fertur. Hinc Sol, Titan, Luna, Titanis, *πλανής*, & Diana Titania à Poëtis dicuntur. Lucret. Ovid. lib. 1.

*Flammiger an Titan..... hauriat undas.*

Ovid. Metam.

*Dumque ibi perluitur solita Titania limpha.*

